EXERCITATIO ACADEMICA,

*DE*

# PRIVATIS DELICTIS,

QUAM

*Dirigente & ducente Sacroſancta & individua Trinitate,*

SUB PRÆSIDIO

*Clariſſimi juxtà ac Conſultiſſimi Viri,*

DN. EDZARDI STAMLERI, FRISII ORIENTALIS, J. U. DOCTORIS,


*Duobus Actibus*

IN ILLUSTRI ET CELEBERRIMA MARPURGENSI ACADEMIA,

*Ventilandam & diſcutiendam exhibuit*

GEORGIUS von Lettouw in Plötzke EQUES POMERANUS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE




MARPURGI CATTORUM,

*Ex Officina Typographica Sauriana,*

ANNO M. DC. XIX.

MAGNIFICO DN. RECTORI,

*Viro Reverendo, Clariſſimo atquè Excellentiſſimo,*

DN GEORGIO CRUCIGERO, SS. TH. DOCTORI, AC PROFESSORI PUBLICO:

*NEC NON*

*Celeberrimo atq; Eminentiſſimo* VIRO,

DN. HERMANNO VULTEJO JCTO, PROFESSORI Primario, ut & Vicecancellario inclutæ ACADEMIÆ MARPURGENSIS, ſupremi Dicaſterii Haſſiaci, juxtà ac Conſiſtorii Eccleſiaſtici Adſeſſori graviſſimo:

ITEMQUE

*SPECTABILIBUS SINGULARUM FACULTATUM Dominis Decanis,*

Reverendo Clariſſimoque VIRO,

DN. CASPARI STURMIO, SS. *Theologiæ Doctori & Profeſſori P. Stipendiariorumq; Ephoro, ac Synedrii Eccleſiaſtici Adſeſſori vigilantiſſimo:*

Conſultiſſimo Ampliſſimoque VIRO,

DN. JOANNI GODDÆO, JCTO *ac Profeſſori in dicta Academia ordinario multoq; celeberrimo; Judicii Eccleſiaſtici Adſeſſori digniſſimo:*

Experientiſſimo Excellentiſſimoque VIRO,

DN. NICALAO BRAUN, *Medicinæ Doctori ac Profeſſori publico:*

Clariſſimo Acutiſſimoque VIRO,

DN. RODOLFO GOCLENIO *Sen. Philoſophiæ Profeſſori primario:*

UT ET RELIQUIS

REVERENDIS, CLARISSIMIS, CONSULTISSIMIS, EXPERIENTIſſimis, *Sapientiſſimisq;* VIRIS, *Patribus Academicis, Dn. D.D. & Dn. M.M.* PROFESSORIBUS *almæ Univerſitatis* MAURITIANÆ *maximè induſtriis fideliſſimisque,*

Omnibus & Singulis Præceptoribus ac Fautoribus mihi ſummè obſervandis,

***Hanc meam Exercitationem Iuridicam in ſigillum grati animi acceptorumq; beneficiorum memoris, ut & honoris debitiq; amoris arram, L. M. Q.***

Obfero, dico, dedico,

GEORGIUS von Lettouw Eq. Pom.

*I. N. D. N. I. C. A.*

# EXERCITATIONIS ACADEMICÆ DE PRIVATIS DELICTIS,

## *Actus Primus.*

### THESIS PRIMA.

DE privatis delictis acturi, operæ pretium fore omninò arbitramur, ſi ſequuti Auguſtiſſimum Imperatorē Juſtinianum noſtrum, *in pr. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* nonnulla de obligatione, quæ, qualiſve ex iiſdem oriatur, attingere & prælibare annitamur: Quum, quod hac ratione evidentiorē nobis comparabimus, materiæ illius cognitionem, uberioremq; intellectum: Tum quoque, quod ſecundum conſilium JCti Gaii *in l. 1 ff. de orig. jur.* indecorum ac nefas habeatur, nullâ præviâ præfatione, adeoq; illotis, ut ibidem dicitur, manibus, protinus materiam interpretationis aggredi atque tractare.

2. Et convenit inter omnes Juris ſcriptores & interpp. æquè ex maleficio naſci, atque ex contractibus, obligationes, imò, ut contractus facti ſint *Dd. in l. 1. ff. de V. O.* ita quoque delicta *pr. Inſtit. h. t.* Hoc tamen moderamine diſcriminis adhibito, quod illi ſint facti jure comprobati, & negotium utilitatemq; humanam concernentis: Hæc verò facti, jure legibusq; improbati, atq; ſocietatem & ſtatum hominum lædentis.

3. Earum autem obligationum, quæ ex contractu vel quaſi

 deſcen-

deſcendunt, genera *in pr h.t. & §. ſequens diviſio verſ. harum autem Inſtit. de obligat.* teſte locupletiſſimo Juſtiniano noſtro ſemper Auguſto, ſunt quatuor genera: Aut enim re, aut verbis, aut literis, aut cõſenſu conſtant: Hæ verò unius generis ſunt: Omnes ſiquidem ex re naſcuntur, id eſt ex ipſo maleficio, veluti ex furto, aut rapina, aut damno aut injuria.

4. Ex RE naſci dicuntur propterea obligationes ex delictis, quia, ſicuti in contractibus, qui re contrahuntur, niſi adſit rei ipſius præſentia, nulla contrahatur obligatio; ita etiam, niſi quod ſit admiſſum delictum, obligatio ex delicto dici nominariq; nequeat. Habito itaq; reſpectu ad contractus qui re perficiuntur, proprius accedere intelliguntur, quam ad reliquos. *arg. pr. Inſtit. h. t.*

5. Eſt ergò & in his quoque quo adſtringimur juris vinculum, non civilis tantum, verùm etiam naturalis.

6. De *civili* indubium eſſe videtur; quandoquidem nomina & pœnas delictorum in ſpecie à jure civili adinventas eſſe pluſquam manifeſtè ex *titul. ad L. Jul. Maieſt. & ad L. Pompej. de parricid.* & id genus aliis comprobari conſtat: quibus accedit, quod ipſæmet Leges etiam expreſſim maleficia puniri jubeant atque præcipiant *per l. ita vulneratus* 51. *§. 2. verſ. & ſi quis. ff. ad L. Aquil. & l. congruit* 13. *ff. de offic. Præſid. junct. l* 3. *C. de Epiſcopal. audient. arg. l. in ſervos* 8. *in fin. ibi impunitate donaverit. C. ad L. Jul. de vi public. L. Divi fratres. ff. de pœn.*

7. De *naturali*, propter deficientem conſenſum, ex quo illa regulariter progignitur, licet paulò abſtruſior res ſit, attamẽ cum eundem ex ipſo delicto colligant JCti noſtri, autoritatem *gloſſ. in §. Jus autem.* 4. *verſ. penè Inſtit. de J. N. G. & C.* ſusq; deq; habentes, eam cum *Schneidew. ad Rubr. Titul. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. n.* 3. *& aliis Dd.* ex delictis ſimiliter oriri, intrepidè ſtatuimus.

8. Quum quod talis delinquendo voluerit ſeſe ad pœnam deli-

delicto præſtitutam obligare *l. Imperatores 34. verſ ipſe te huic pænæ ſubdidiſti ff. de jur. Fiſc. Nov. 7. c. 5. verſ. videmus autem quosdam ſic amatores periculi &c.* Tum etiam, quod delinquens teneatur ob aliam rationem naturaliter: cum obligatio naturalis non ſolùm ex conſenſu ortum trahat ſuum, ſed etiam ex æquitate naturali jurisgent. *l. cum amplius §. is natura ff. de R. I. Vacon. à Vacun. declarat. 7.*

9. Hinc rectè dicimus ex ſententia condemnatoria eam naſci, licet cōdemnatus nullo modo conſenſerit, & judicium in invitum reddi *l. inter 83. §. 1. ff. de V. O.* Unde hoc? niſi ex æquitate jurisgent. quæ vult magiſtratibus obtemperandum eſſe *l. 2. ff de J. & J.* quæ utiq; hic ſubeſt, prohibens delicta, & dictans neminem ulla in re, quantumvis exigua, lædendum, *l. ſi arte 70. §. id quod, ibi, nam pænas ob maleficia ſolvi magna ratio ſuadet ff. de Fidejuſſorib.*

10. Et quia obligationem privatā ex delicto quærimus, omninò ſic ſtatuendum putamus, ſicuti non omne delictum eſt maleficium, ita etiam non ex quocunque delicto naſci obligationē, verùm ex ſolo maleficio: nempe ex eo genere delicti, ex quo dicta eſt in diviſione obligationum actio naſci, ut non ex omni delicto oriatur, ſed ex ſolo maleficio *d. §. ſequens diviſio Inſtit. de obligat.*

11. Quare idem hoc verbum tanquam aptiſſimum electum eſt, in diviſione cauſarum obligationis, quo eadem obligationis cauſa ex delicto verè & propriè ſignificaretur *arg. Rubr. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* ubi de iis obligationibus tantùm tractari in propatulo eſt, proponiturq; in principio ſtatim illius tituli, ut ita eum qui ex maleficio obligatus eſt, ex delicto etiam rectè obligari aſſeramus.

12. Quapropter, ut rectius aliquantò intelligantur, pleniusq; percipiantur, quæ ad delictorum cognitionē in genere ſpectare, noſtroq; inſtituto convenire videantur, repetenda quædā erunt,

hoc loco de illis altius; præceptum idcircò Ciceronis *lib 1. offic.* ſequentes à definitione delicti exordium capiemus.

13. Eſt autem delictum offenſio contra jus illata, eoq; ſpecialiori nomine in uſu juris maleficiũ appellatum eſt, *Ampliß. Procancellar. Vultej. in pr. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc num. 4.* Idem etiam crimen dictum, quod tamen ad publica magis judicia, quam privata referri tradunt communiter Dd *Giphan. in comment. ad dict. titul.*

14. Delictum, quod aliàs peccatum *l. obligamur ff. de O. & A.* generalius quiddam eſt, continens non ſolùm maleficium & turpe admiſſum omne, quo alteri malè fit, unde & maleficii nomen productum: verùm etiam crimina publicorum judiciorum. Etenim ea quoque & delicta & maleficia appellari indicio ſunt *l. quædam ff. de pæn. & l. aliud fraus eſt de V. S.* Maleficia itaq; cum de his pecuniariter agitur, propriè maleficia & delicta vocamus, cum criminaliter & extra ordinem crimina nominamus *Donell. 15. comment. cap. 23.*

15. Delictorum ſumma diviſio hæc eſt; aut enim publica ſunt, utpote quæ ad ſtatus publici diſſipationem tendant, veluti majeſtas læſa, homicidium, veneficium, ſeditio & hujuſmodi alia, *de quibus in tit. ult. Inſtit. lib. 4. & in ff. lib. 48. in C. libr. 9.* ſigillatim pertractari notiſſimum eſt, eaq; uti dictũ eſt propriiſſimè crimina dicuntur *d. l. aliud eſt 131 ff. de V. S. l. quid ſit 17. §. noxas. ff. de AEdil. Edict.* Aut privata, quorum tractationem hac vice perſcrutandi animus eſt & propoſitum.

16. Privata delicta, ea eſſe rectè ſtatuit *Duaren. in commentar. ff. ad h. t. n.* ex quibus proditæ ſunt privatæ, forenſeſq; actiones, nec publicè legibus vindicantur: Cui ſe addit adſtipulatorem *Cujac. d. tit* 1. ſtatuens, privata delicta eſſe, quatenus ex eis agunt hi, ad quos ea res potiſſimum pertinet Aliter Weſenbec. *in paratit hic.*

17. Fallunt idcircò & falluntur ii, qui privata delicta ea eſſe,

ex com-

ex communi Dd. opinione adſtruunt, quibus privati hominis utilitas læditur Nam & tum cum privatus læſus eſt, delictum publicum eſſe poteſt, ita ut ipſius gratiâ publicum etiam dictetur judicium. E.G. Si hominibus coactis datum ſit damnum, vel ſi raptum ſit, vel illata atrox injuria *Cujac. h. t.* Quin imò ſi accuratiori indagine rem ipſam expendamus, fieri vix ac ne vix poterit, ut delictum commiſſum in privatum, non etiam redundet in Rempubl & vice verſa, perpetratum in Rempubl. aliquo modo ad privatum, quatenus ſcilicet ejusdem civis ſit, ſpectet, atq; pertingat.

18. Ex modo itaq; agendi, utrum delicta publica ſint, vel privata, ante omnia id advertendum cognoſcendumq; venit, non ex objecto, ſive effectu ſubſequutæ læſionis, uti hoc ipſum explicat accuratius *Duaren. lib. 1. diſputat. C. 37. & Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. 1. in pr.* ubi notandum dicit, diſtinctionem ſuprapoſitam procedere quidem de Jure Civili, non v. Canonico, utpote, quo omnia crimina publica *per gloſſ. in c. infam. verbo fures 6. quæſt. 1.* Idem refert *Hoſtienſis in c. ſtatuimus nu. 19. extra de maledic.* Ex quo Mylletus infert in practica ſua criminali, Titulum de privatis delictis hodie in uſu eſſe deſiiſſe.

19. Qua in re, etſi non uſq; adeò erratum eſſe ab eodem, videatur, & materia delictorum in tantum immutata ſit, propter conſuetudines, ſpecialiaq; locorum ſtatuta, in quibus nihilominus Jus Civile in viridi eſt obſervantia, ut ea, quæ publica ſint, à privatis internoſci & diſcerni nequeant: attamen *Jul. Clar dict. loc. num. 6.* ad hærendum eſſe cenſet ſtatuto vel conſuetudini, quæ eo in loco cuſtoditur, ubi delictum committitur, & tum demum ſecundum illam declarandum, quænam privata, quænam publica inibi delicta dicantur, cui & noſtrum calculum addere haut dubitamus.

20. Omnia porrò delicta conſiſtunt vel in faciendo, vel in negligendo, ſive non faciendo. Quæ poſteriora etſi non minus in Leges divinitùs promulgatas, atq; eas quibus inter omnes eſt cóſtituta

ſtituta & vitæ & commerciorum ſocietas communioq; impingant; attamen legibus non perinde, ut cætera vindicantur, quod, quibus modis fiat atq; peragatur, acute tradidit *Donell.d.l.15.c.24. num.50.*

21. Quæ verò in faciendo occupantur, ea ſunt maleficia iſta, quæ nos privatis obligant, quæq; adverſus privatos committuntur, unde & ex his privatis actio comparata eſt, ut ſic unum tantum delictorum genus, quod ſpecialiter maleficium appellamus, leges coërceant.

22. Illud definitur, *authore Donello citato loco*, factum omne, quo nocetur detrahiturq; quid alteri: Etenim quemadmodum benefacere dicimur, cum facto noſtro alii proſumus: ita malefacere, cum facto noſtro alii nocemus.

23. Ex qua definitione etſi illud quoque intelligendum præmoneat Donell. licet factum noſtrum inſtructum ſit, ad nocendum alteri, niſi tamen eò evaſerit, ut noceret nullam ex eo tanquam ex delicto adverſus nos eſſe actionem *l. item ſi apud 15 §. ſi curaverit ff. de injur.* idq; ferè perpetuò ita obtinere, ſi modo calumniatores exceperis *l. 1. in pr. l 3. l. ſi quis 7. ff. de calumn.* & eos, qui alieno ſervo ut furtum domino faceret, perſuaſerunt, *l. ſi quis ſervo, C. de Furt. §. ſed et ſi 8. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* nihilominus tamen eam, quam tradit *Bocer. claſſ. 4. diſput.* 1. *th.* 1. tanquam pinguiorem & perfectiorem illi præferimus.

24. Eaq; ad hunc definitur modum: MALEFICIUM EST ACTUS QUO QUIS ALICUI DOLOSE NOCET.

25 *Actum* dicimus, tum quod generale verbum eſt, ad varias maleficii ſpecies aptum planè *L. Labeo 19 ff. de V.S. ubi Clariſſ. Dn. Præcept. Gödd. l. actus 8. C. de Fer.* Tum deniq;, quia, ut maleficium ſit, ſolam malefaciendi cogitationem minimè ſufficere, ſed actum, ſive quod idem eſt, factum requiri, *per l. 1 §. inde ſola cogitatio l. ſi quis uxore 52. §. neq; verbo ff. de Furt. l. cogitationis pœnam 18. ff. de pœn. c. cogitationis 14. de pœnit. diſtinct.* 1. *d. l. 15. §. ſi cura-*

*ſi curaverit ff. de injur. l. 52. §. ex peccato ff. de O. & A. §. 1. verſ. hæc. Inſtit. de obligat. quæ ex delict.* omninò nobis perſuaſum habeamus. Et quis æquum cenſeat, pœnam quenquam dare ob eam rem, quod arguatur malefacere voluiſſe. *Gothofred. ad l. d. 18. ff. de pœn. lit. x. ex Cat. apud Gell. Noct. 7. 3.*

26. Doloſè quoque nocitum eſſe volumus, ut hac ratione verum maleficium à quaſi, in quo quis alii culpa tantummodò ſua nocet, ſegregaremus, *tot. tit. Inſtit. de obligat. quæ ex q. delict.* Et non ſolùm ea hic comprehenderemus, quæ in corpus admittuntur *l. 1. §. hæc autem verba ff. de his qui dejec. vel effuder.* ſed etiam damna quæ in rem facta ſunt *l. is cujus 25. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.*

27. Inter maleficii ſpecies facilè primas obtinere animadvertimus, FURTUM quod uti frequentiſſimũ, ita ei coërcendo, nullæ hodiè cruces, nulla tormenta quantumvis maxima, ſufficiunt; tanta enim pleroſq; invaſit aliena habendi rapiendiq; libido, *inquit weſenbec. in paratit. h. t. n. 1.*

28. Hoc ipſum Labeo Varronem ſequutus, derivatum ait, à furvo, id eſt nigro, eò, quod clam & obſcurè, ac nocturno, ut plurimum perpetratur tempore: Sabinus verò JCtus à fraude deductum voluit, eam fortaſſis ob rationem, quod ſola contrectatio ſimplex furem non faciat, ſed fraus, uti poſt dicetur, contrectationi mixta *l. 22. ff. de furt.* Gellius à Græco vocabulo, quo fures φῶρες appellantur, dictũ mavult. Nã & Græci παρὰ τὸ φέρειν à ferẽdo, id eſt auferendo φῶρας dixerunt, *inquit* U*lp. in d. l. 1. ff de Furt.* Idq; probabilius eſt; reiq; notationi convenientius, ut furem à ferendo vocatum aſſeramus: cum aliter fieri nequeat furtum, quam auferendo & contrectando *d l. § 1. weſenb. d. l. num. 2.*

29 Furtum definitur à JCto Paulo *in d. l. 1. §. ult. & in §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Contrectatio fraudulоſa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus poſſeſſioniſve: quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

30. Quod ipſum, cum Jure naturali prohibitum eſſe adſerat JCtus, *in d.l. 1. §. final.* Jure ſacrarum literarum improbatum nemo eſt, qui non legerit *Geneſ. cap. 31 verſ. 30. & 32 Exod. 20. verſ. 15. 21. verſ. 16. & 22. in pr. Levit. 19. verſ. 11.. Deuteron. 5. verſ. 19. Job 7. verſ. 1. & 25. Tob. 1. verſ. 22 Hoſ. 4. verſ. 2. Matth. 19. verſ. 18 1. ad Corinth. 6 verſ. 10. Apocalypſ. 9. verſ. 21*

31. Id tamen Alciatus, *ad l. probrum 42. num. 13 & ſeq.* tanquam veritati Theoricæ minus conſentaneum impugnare nullus dubitavit, pernegans furtum natura probrum eſſe. Nititur autem exemplo aliquot gentium, inter quas reperti ſunt Lacedæmonii, & ex teſtimonio Anton. Fabr. *lib 3. conjectur. cap. 5.* Galli antiqui, apud quos furta non modò impunitate donata, verùm etiam laudi habita fuêre; modò ita fierent, ne in ipſo furandi actu deprehenderentur.

32. Idem referunt Alexander ab Alex *lib. 6 genial. dier. cap. 3. &* Cornel. Tacit. de moribus veterum Germanorum, apud quos ſimiliter furta non ſolum impunita, nulliſq; pœnis coërcita fuerunt, verùm inſuper etiam laudem non exiguam promeruêrunt.

33. Verũ enim verò cum jus naturale non tàm ex uſu, unius atq; alterius gentis, quàm naturali ratione omnium hominum ſanâ ac ingenuâ mente præditorum inſitâ innatâve metiamur; *ut Donell. 1. comment. c. 5.* docet, unde etiam Jus gentium definitur *in §. 1. Inſt. de I. N. G. & C.* quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes populos peræquè cuſtoditur, & quo jure omnes gentes utuntur, ex quo tamen uſus iſte in univerſo orbe receptus demonſtrari non poterit, haut immeritò ſaniores Juris interp. ab hac Alciati opinione receſſum fecêre. *Conſultiſſ. Dn. præcept. Gôdd. ad d.l. probrum 42. num. 8 ff. de V. S.*

34. Corruptelæ etenim ſunt non leges, ob quarum pœnæ remiſſionem & indulgentiam turpitudo criminis nõ aboletur *l. generalis. C. de ſentent. paſſ.* propter quas etiam, *uti Cicer. literis prodidit*

*dolit 1. de ll.* apud reliquas gentes male audierint, ut ea, quæ juris naturalis ſunt, tollerent evertere nequiverint, cum id à voluntate hominum nullatenus dependeat, ut recte monuit *Viglius in §. ſed prædict. num. 9. Inſtit. de teſtam. ordinand.*

35. Rectè hinc Forner. *ad d. l. 42.* adfirmat, unam atq; alteram hirundinem ver non facere, neq; ſtatim, ſi his, aut ille populus juri naturali aliqua in parte adverſetur, ideircò jus naturale eſſe deſinere arg. *§. 11. Inſtit. de J. N. G & C: §. 3. de Legit. agnat. Tutel.* Quod & Anton. Auguſtin *lib. 4. emendat. c. 4.* non ineleganter diſcutit, quaſi, inquiens, perverſæ aliquorū mentes poſſint quicquam ex divina omnium conſenſione pervertere? Apud Perſas quoque à matrum concubitu non abſtinere jus erat, annon propterea id naturâ probrum eſſe dicendum eſt? *Borcholt ad §. 1. Inſtit. de nupt num. . & ſeqq.*

36. Quinimò ſi uſus iſtius finem atq; ſcopum penitiùs collimaverimus, non is evadit quem Alciatus ſibi effingit, ac ſi eo ipſo furtum in deliciis habuêre, adeoq; approbavêre, ſed hunc fuiſſe experiemur, ut ſcilicet hoc facto magis ingenia acuerentur, adq; calliditatem & ſolertiam in rebus, fortaſſis etiam gravioribus ac ſeverioribus, adhibendam ſolerter & callidè furando aſſuefierent atq; inſtigarentur, propterea, quod impunè id non tulerint, ſi in facto manifeſto deprehenſi fuerint. *ampliſſ. Procancellar. Vult. ad h. t. num. 3.*

37. Minus faceſſit negotii, quod Iſraëlitæ leguntur ſpoliâſſe Ægyptios vaſis aureis & argenteis *Exod. 11. verſ. 2. & 12. verſ. 35. & 36.* idq; à nonnullis objici conſuevit. Peſſimè enim Scripturam ſacroſanctam à genuino ſenſu ad falſum declinant interpretationem: Juſtæ ſiquidem operariæ ſervitutis & perpeſſi laboris repetita merces fuit, namq; juſſu Jehovæ ſummi Legumlatoris ab iiſdem exegerunt, & cum aliâs enim is, qui rem autoritate judicis aufert, non dicatur furtū committere *arg. l. 46. §. 7. v. quid*

*enim ff. de furt.* abſit omninò ut hic furtum commiſſum eſſe dicamus.

38. His addantur exempla aliarum quoq; gentium, quæ graviſſimis furtis coërcuerunt pœnis, eaq; non modò humaniorum, utpote Hebræorum, Athenienſium & Romanorum, verum etiam barbaricarum quarundam, veluti Scytharum, quibus furto nihil gravius erat; Indorum, qui à furtis, veluti contra hominum ſocietatem, contra jus divinum & humanum commiſſis abſtinuêre quam diligentiſſimè, adeò quidem, ut ſi quis vectigal furatus eſſet, capite plecteretur: Quæ ſanè ipſi Alciato obſtant graviſſimè.

39. Unde jam plus quàm manifeſtum ac perſpicuum eſt, originem prohibitionis furtorum juri naturali ſeu gentium congruam, & ab eodem, ut puniantur, introductum conſtitutumq; eſſe: Licet interim non inficias eamus, ipſum puniendi modum, qui pro diverſitate locorum, ſtatutorum, conſuetudinum, imò verò etiam temporum, alius atq; alius ferè eſſe ſolet, jure civili acceptum eſſe ferendum quod ſuo loco excutiemus.

40. Furtorum genera ſumma duo ſunt, manifeſtum ſcilicet, & non manifeſtum *§ furtorum autem Inſtit. h. t. n.* Quamvis *Caj. lib. 2. Inſtit. tit. ult.* quatuor conſtituat; nempe hæc duo, quæ enumerata ſunt; & conceptum ac oblatum; quod tamen *in l. 2 ff. de furt. quæ ex lib. 13. ad. edict.* deſumpta eſt, corrigit, atq; duo priora retinet; Approbat eandem diviſionem *Conſtit. criminal. Caroli V. art. 157. & 158.* appellaturq; offentlicher vnd heimlicher Diebſtall.

41, Quam bimembrem diviſionem Imp. noſter *in d. l. 2. & d. §. 3.* approbando ſequutus eſt; partim, quod duo poſteriora genera, conceptum videlicet & oblatũ, potius eſſent ſpecies actionum furto cohærentes *§. 4. verſ. nam conceptum Inſt. hic* partim etiam, quod hæ actiones in deſuetudinem jam dudum abiiſſent, atq; foro receſſiſſent *d. §. 4 ibi ſed hæ actiones.*

42. Nihilominus tamen ab antiquitatis venerationem, cujus inpri-

inprimis ſtudioſiſſimus fuit, *uti hic in §. 1 Inſtit. de Teſt. ordin. & alibi paſſim*, eadem diligentiſſimè expoſuit atq; definivit, quarum ſingularum definitiones quia *in d. §. 4. in Inſt. h. t.* relatæ extant, ne actum agere videamur longiorem tractationem ſuſcipere ſuperſedemus, præſertim, quia & ipſe Cajus *d. lib. 2. tit.* 10. *§. 2. & Paul. lib. 2. ſentent. tit. 31.* de iiſdem accuratius egêre, ad quos curioſos remittimus.

43. Et quia ex prædictis conſtet, enumeratas furti ſpecies hodiè ſublatas eſſe, non abs re & à propoſito quærere alienum erit, I. utrumne amplius rem furtivam in ædibus alienis perquirere conceſſum ſit? Nos cum *Clar. lib. 5. Recept. ſent. §. furtum num* 3. *Cujac. ad Paul. 2. ſent.* 21. *Schneidew. ad d. §. 4. num.* 2. idipſum ſub diſtinctione licere, affirmare nulli dubitamus.

44. Etenim, ſi indicia tanta ſint contra illum, apud quem ſuſpicor rem mihi furto ſubtractam adeſſe, adeoq; ad inquirendum ſufficientia, quidni judex aditus in ædibus alienis perquirēdi poteſtatem impunè mihi concedere poterit.

45. Sin verò nullæ appareant; ne prætextu hoc omnium curioſitati ſerviant ædes noſtræ, quæ nobis liberum & ſecurum præbere debent domicilium *l. plerią; 18. ff. de in jus vocand.* ac inſuper ipſæmet etiam leges, durū iniquumq; judicent, invito domino domum introire alienam, ita, ut ejus rei nomine actionem injuriarum cōpetere videamus *l. qui in domum. ff. de injur.* Quin imò periculoſum ſit, obſiſtente domino ſecreta domus ipſius perſcutari *arg l. 2 in pr. verſ. quid enim tam durum C. quand. & quib quart. pars lib.* 10. abſit, ut tale quippiam judici licere ſtatuamus.

46. II. Utrum ille penes quem res furto ablata inveniatur, eo ipſo præſumatur fur, adeoq; indicium ſatis evidens habeat judex, ut ad torturam procedere queat? In qua quæſtione, quia dubitationis & periculi plena eſt, ne omninò nihil ad rem dixiſſe videamur, eandem ita determinamus, ut ex facti circumſtantiis atque perſonæ ſtatu æquus judex cognoſcat, quo uſq; procedēdum

ac ita periti & boni viri officio fungatur. *arg. l. 10 §. plurimum. ff. de quæſt. l. 4. §. & à Barbaris ff. de re militar. l. 55. ff. Locat. l. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor add. l. civil. 5. C. de furt. Clar. in §. final. q. 21. n. 41. Menoch. lib. 2. arbitr. judic quæſt. centr 5. caſ. 46. num. 10. Schneidew. d. § 4. num. 5.*

47. Furtum manifeſtum eſt, cum fur in ipſo actu, vel loco, ubi perpetratum eſt furtum, vel cum re furtiva, antequam ad deſtinatum perveniret locum, deprehenditur *§. 3. Inſt. hic.*

48. Unde facili negotio colligi poterit, furem manifeſtum eum eſſe, I. qui in ipſo furto adeoq; flagranti, ut dicitur, crimine quod Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ nominant, deprehendatur *l. 3. §. ult. ff. h. t. d. §. 3. Inſtit. eod.* II Et qui in eo loco deprehenditur, in quo furtum perpetrat *d. l. 3. d §. 1.* III. ſi fur tenens rem furtivam viſus vel deprehenſus fuerit, ſive in loco publico, ſive privato: vel à domino vel ab alio, antequam eò pervenerit, quo deferre vel deponere deſtinâſſet, *d §. 3. verſ. imò ulterius inſtit. hic & l. 3 §. 2 l. 4. ſ. pr. l. 7. § ult. l. 21. pr. eod. l. 24. §. ult. ff. de uſur. Ordinat. criminal. artic. 158. Exod. 27. verſ. 4. Dn. Procancell. Vult. libr. 1. Juriſp. Rom. c. 48. n. 90. & n. 6. ad §. 1. Inſt. h. t.*

49. Deprehenditur autem fur manifeſtus, vel manus injectione, ut *in l. 3. 4. & 5. ff h. t.* vel viſu ſive oculis, modò alterutri horum conjungatur exclamatio, ſive ab ipſo rei furtivæ domino, ſive ab alio *l ſi quis in ſervitute 7. §. final. ff. hic Treutl. diſput. 30. vol. 2. th. 1 lit. g.* uti egregiè de viſu idem obſervavit *Cujac. lib. 11. obſerv. 38. & ex Servii commentar.* ad illum locum Virgilii in Bucol. Eclog. 3.

*Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum*
*Excipere inſidiis multum latrante Lyciſca,*
*Et cum clamarem, quò nunc ſe proripit ille? &c.*

50. Quibus ex verſibus denuò acutè colligit *Cujac. dict. loc. & lib. 12. quæſt. Papin. pag. 331.* furem in ipſo furto viſum tantummodò, fortè per rimas, vel dum accurreret aliquis, apprehenſurus

ipſum,

ipſum, ſurripientem aliquid, vel rem abjicientem, nec tamen apprehendit, vel acclamavit, pro manifeſto non haberi, niſi ſimul et acclamatum fuerit: Quo te fur proripis? quòve res abit mea? & id genus aliis verbis *arg. d.l.7.ff.de furt. Clariſſ. Dn. Præcept. Anton. Muth. ad d. §.7. Inſt. h.t.n.*

51. Sed ſi quis furatus ſit, ac rem furtivam, in loco ad quem ferre deſtinaverat, repoſuerit, & poſt deprehendatur vel conſpiciatur, eritne furtum manifeſtum? Et, eam quæſtionem *JCtus Ulp. in l. ſive igitur 5. ff. hic* decidens, quod is pro fure manifeſto minimè ſit habendus, conſuluit, ob rationem evidentem, quia repoſita re in loco deſtinato, etſi quidem ipſa furtiva maneat, actus tamen ipſe furandi ceſſavit, finemq; aſſequutus eſt ſuum, ut ita in ipſo amplius furto nec deprehenſus, nec viſus dici queat.

52. Nec manifeſtum, ſive quod idem eſt, non manifeſtum, *l. 3 ff. hic.* poſita particula NEC pro NON forma loquendi L.12. tabb. uſitata, & relata *in l. Carbonianum §. ſi duo impuberes ff. de Carbon. edict. & l. 1. §. ſi ad fiſcum ff. ut legator. nom. caveat.*) furtum eſt, cum fur ignorante nec conſpiciente, vel deprehendente rei contrectatæ domino, vel alio quopiam, cum furtiva re ad deſtinatum devenerit locum *d. §. 3. in fin.*

53. Hinc *Paul. lib. 2. ſentent. tit. 21.* furẽ nec manifeſtum eum eſſe voluit, qui in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed tamen furtum eum feciſſe negari non poteſt, vel, ut Cajus notavit *in tit. ult lib. 2. Inſtit.* furtum factum fuiſſe probatur, cujus generis furta pleraque ſunt hodie, quàndo ut plurimum clam fieri aſſolent *§. furtum. 2. Inſtit. h.t.* adeò, ut, quod clam fiat, furtivè factum eſſe dicatur *l. clam 6. ff. de acq. vel amitt. poſſeſſ.*

54. Unde fur nec manifeſtus, I. is dicitur, qui omninò non deprehenditur, II. qui tum demum deprehenditur, cum rem furtivam ad eum jam detulerit locum, quo propoſuerat *d. §. 3. verſ. imò ulterius l. 5 §. 1. l. 52 §. ult. hic P. H. O. art. 157. & 158.* quamvis

poſt-

poſtmodum in contrectatione deprehendatur *l. 6. & 7. pr ff. h. t.* III. qui domi ſuæ vidit furtum fieri, ſed metuens, ne occidatur, ſe abſcondit. *l. 7. §. 1. ff. eod.* aliisve modis pluribus, *ut in l. 34. & ſeq. ff. & l. 19. C. h. t. §. 4. in fin. Inſt. h. t. l. 48. § 3 ff. eod. l. 4. C. d. t.*

55. Obſervandum quoq; hoc loco; quod unus idemq; ejusdem rei & manifeſtus, & non manifeſtus fur fieri poſſit, ut, ſi quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo inerant, contrectaverit, atq; ita diſceſſerit, deinde reverſus, unam ex his abſtulerit, & antequam ſe reciperet, quo deſtinaverat, deprehenſus fuerit: Sic quoq; qui furandi causâ ſecat ſegetem, & in aſportando ſive contrectando deprehenditur, ejus, quod ſecavit, & manifeſtus, & non manifeſtus fur eſt *l. 21. pr. hic, verſ. nam & ſi quis & verſ ſeq. ff. de furt.*

56. Sunt præterea & aliæ furtorum diviſiones non ignobiles, inter quas tanquam principalis ſuccedit, qua aliud dicitur diurnum, quod interdiu *l. 54 §. 2. ff. h. t. n. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* aliud nocturnum, quod noctu committitur *d. l. 4. §. 1. l. 9 ff. ad L. Cornel. de Sicar. Cujac. lib. 11. obſerv. 27. Bocer. Claſſ 4. diſp. 1 th. 58.* Peinlich Halßgerichts Ordnung Kayſer Carls deß V. *articul. 159. & 167.* quod poſtremum priori atrocius eſt.

57. Ulterius, furtum aliud ſimplex, aliud improbum, aliud improbius *Weſenb. in paratitl. h. t. n. 8.* aliud famoſum, ut latronum, *arg. l. 78. §. 15 ff de pœn. Weſenb. cit. loc.* aliud publicum de quo agitur *in lib. ff. 48. ad L. Jul. pecul.* aliud privatum, cujus tractatio nobis præ manibus verſatur, *tot. tit. de priv. delict. & ſeq Gilhauſ. in arbor. judic. criminal. cap. 2. tit. 27. de furt.*

58. Eſt & furtũ domeſticum, quod à domeſticis, uxore ſcilicet (quod tamẽ rei amotæ appellationẽ habet propriam, & judicium ſingulare eſt, in honorem matrimonii introductum adverſus eam, quæ uxor fuit, & conſtante matrimonio res quasdam amovit *l. 1. §. 2. ff. Rer. amotar.*) filiis, filiabus *l. 17. ff. h. t. in pr.* libertis *l. 89. ff. eod.* & ſervis *l. 11. §. 1. ff. de pœn.* fit patrifamiliâs.

59. Quid juris erit, ſi familia noſtra alteri furtum faciat? id decidendum ex tit. *ff. Si famil. furt. feciſſ. dic.* quo domino datur arbitrium, ut ſi quidem velit dedere noxios ſervos, poſſit omnes dedere, qui participaverunt furtum: Sin. v. æſtimationem obferre maluerit, tantum pro omnibus obferat, quantum unus liber, ſi furtum feciſſet, obferre cogitur, retineatq; familiam, nempe pœnæ nomine duplum, & condictionis ſimplum; Per quam ſimpli præſtationem tolletur obligatio, tanquam verâ ſolutione, nec amplius pœnæ locus dabitur, quandoquidem non ſuperſit, quod dupletur, idq; utiliſſimum viſum eſt Prætori *l. 1. in fin. pr. & §. final. ff. d. t. l. 9. ff. de jurisd. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 32. ff. de Noxalib. action.*

60. Dicitur & furtum tumultuarium, quod committitur tempore incendii, ruinæ, vel naufragii, vel navis, aut ratis expugnatæ, idq; gravius & deteſtabilius cæteris eſt, propterea, quod in ejuſmodi caſibus, dum res per tumultum incuſtoditæ & multorum injuriis ſunt obnoxiæ, omniumq; rapacitati expoſitæ, furandi quoq; opportunitas major ſit, *l. 18. C. de furt.* ideo ſeverius id coerceri Reipubl. interfuit, *tot. tit. 9. lib. 47. ff. Treutl. in d. diſp. 30. vol. 2. th. 2. lit. D.*

61 In balneis quoq; furtum commiſſum, Balnearium dicitur, quod fit in veſtimentis hominũ in balneo lavantium & verſantium, & id ob prædictam cauſam reliquis etiam improbius judicatur, *de quo eſt tit. 17. ff lib. 47. ubi Weſenb.*

62. Huc pertinet furtum arborum cæſarum, cum quis vel ferro, vel ferra, aliove inſtrumento clàm arbores alicujus ſecuerit, ceciderit, crebris ictibus exciderit, vulneraverit, cinxerit, id eſt, deglabraverit vel ex ſeminario arborem transtulerit *l. 5. 6. & t. tit ff. arbor. furt. cæſar. Weſenb. ibidem.* P. H. O. *artic. 168.*

63. Et furtum pecoris, quod *abigeatus* adpellatur, animoq; abigendi pecora ex ſtabulis vel paſcuis, admittitur, idq; non ſolum in grege, verùm etiam in una pecude conſiſtit *l. 1. §. 1. ff h. t.*

*de abig.* ſi ſæpius, licet ſemper unam abegerunt *l. final. §. pen ff. d. t.* æſtimatur enim ex animo abigendi *l. 1 §. 1. eod. l 5. § qui deſertionis ff. de Re milit.ar.* & pœnam gladii interdũ de jure civili habere poteſt, puniturq; inſtar latrocinii *Weſenb. ad d. t. Treutl. d. diſput. theſ. 2. lit. g.*

64. Similiter aliud eſt furtum, quod fit cum effractione vel adſcenſione, wann der dieb zum dieb ſtall geſteigen oder gebrochen hat. P. H. O. *artic.* 159. vel adhibitis armis quod violentum adpellare placet *l. 22. l. 54. §. qui ferramenta ff. h. t. tot. tit. de effract.*

65. Item furtum Expilatorum, qui dicti, quod ne pilum quidem in corpore ſpoliatorum relinquunt, atq; per vim ſæpiuſculè veſtimentis & pecuniâ homines exuunt, qui λωποδύται à veſtiũ ereptione Demoſtheni dicũtur. Idiomate noſtro Rauber / P. H. O Carol. V. artic. 126. Hodiè Freybeuter dici & adpellari poſſunt. Et proinde in hoc crimen pro modo admiſſæ violẽtiæ & loci modò atrocius, modò levius animadverti conſuevit.

66. Ad quos referimus Saccularios impoſtores, artificio quodam ſingulari nummos è marſupiis ſuppilantes *l. 1. l. Saccularii 7. ff. de extraord. crimin.* eosq; Græci ψηφολόγυς aut ψηφοπαίκτας, Germani Spitzbuben appellitant: itemq; Cænacularios ſive Directarios, qui in aliena ſe dirigunt & inſinuant cænacula furandi animo, clauſtraq; reſerant omnia *Cujac. ad d. t. de effractor.*

67. Ope conſilioq; alieno peractum furtum, huc referendum *l. is qui opem 34. l. in furtis 5 §. ope conſilio & §§ ſeqq. § interdum quoq; ff. & Inſtit. h. t. n. l. ſæpè in fin. ff de V. S. l Neratius 11. §. quamvis ff de ſerv. corrupt* item tigni juncti *ff. de Tig. junct. l. 2. & 3. C. de ædific. priv.* Expilatæ hæreditatis, *de quo eſt titul. in ff. expilat. hæred. 19. lib. 47.* & aliorum, quorum paſſim in univerſo jure civili nomina reperiuntur.

68. Deniq; variorum etiam furtorum mentionem faciunt conſtitutiones criminales Carolinæ, utpote, furti prima jam, vel ſecunda, vel tertia vice iterati *in artic. 161. & 162.* furti quinq; aut

minus

minus ſolidorum, von fünff gulden oder darüber werth *art. 160.* furti ex indigentia ſive ex neceſſitate famis commiſſi, ſtelen in hungers noth *art. 166.* cui ſubnectuntur tituli peculiares *in artic. ſeq. 167.* de furibus, qui fructus ſtantes vel dependentes furantur, de furibus lignariis *in art. 168.* de furibus piſcariis *artic. 169.* & plurium, de quibus articul. ſubſeqq. quæ hic, quia citat. loc. legi poſſint, brevitatis ſtudio omittimus.

69. Hæc de variis furtorum generibus. Cauſa efficiens furti eſt voluntas hominis, cum adfectu furandi, contrectationeq; corporis conjuncta, ut ita & animo & corpore ſimul committatur, lateq; in verbo definitioni appoſito, FRAUDULOSA, quoniam furtum non fit ſine dolo, & improbo furandi conatu *l. furtum 37. ff. de uſurpat. & uſucap.*

70. Deinde additum verbum, CONTRECTATIO, tanquam inſigne & accommodatiſſimũ ad exprimendam furti naturam: Etenim qui rem contrectat, amovet & aufert alienam; cum ſe id invito domino facere intelligat, furti tenetur. *l. 1. §. 1. ff. h. t. arg. l. 3 § ſi rem 18. ff. de acquir. poſſeſſ. §. 2. verſ. furtum Inſt. de uſucap. & long. temp. præſcript.*

71. Requiritur idcirco contrectatio quædam realis ſive actualis, antequam furtum factum dicatur, nec ſolus animus, neq; furandi conatus abſq; tali contrectatione ſufficit *d. §. 2. verſ furtum n.* quemadmodũ nec verbo, neq; ſcriptura furtum quis perpetrare potis eſt; *l ſi quis uxori 52. §. neq; verbo 19. l. inficiando 67. in pr. ff. h t. n.*

72 Quare ſi quis errore ductus rem contrectet, dum putat id ſibi licere, aut permiſſu domini facere, aut quod res ſua ſit, in furti crimen non incidit *§. placuit cum ſeq Inſtit. hic* Magis enim inſpiciendum, quod eſt in veritate, quam quod in opinione *l. 2. § ſi à pupillo ff. pro emptor* & in ambiguis ſemper benignior interpretatio accipienda eſt *l. in ambiguis 18. ff. de R. J.*

73 Eadem ratione neq; eũ, qui furti faciendi quidẽ cauſâ cõcla-

ve, aut domum ingreſſus alienam, ibidemq́; deprehenſus eſt, ſi tamen nihil contrectaverit; furti non adſtringendum, ſed extraordinariè puniendum, reſpondit Ulp. JCtus *in l. 7. in pr. ff. de extraordinar. crimin. Mynſing. ad §. 1. Inſtit. h. t. n. Schneidew. ibid. num. 2.*

74. Fœdè itaq́; lapſus videtur Gellius *lib. 1. Noct. Attic. cap. 18.* non intelligens Sabinum JCtum, qui furtum à fraude derivari adfirmabat, & proinde ſola mente etiam, atq́; ſolo animo furtum fieri poſſe exinde deducere haut veritus eſt; Furtum ſiquidem non à fraude tantum, habito reſpectu ad animum, ſed etiam à ferendo, quod corporis eſt, denominationem accepit *Dn. Procancellar. Vultej. ad §. 1. num. 13. Inſtit. h. t. n.*

75. Cauſa impulſiva & προκαταρκτική, eſt opportunitas temporis, loci, rerum & circumſtantiæ, itemq́; ſpes lucri & occultationis, per hæc enim homines ut plurimum ad furandum invitantur, ut rectè hinc diverbium illud vulgare natum proditumve eſſe, dixerimus, OCCASIO FACIT FUREM *Weſenb. in parat. ad h. t. n. num. 9. Obrecht. diſput. 30. th. 32. & ſeqq.*

76. Furtum facit, qui doli capax eſt, dum ſciens rem alienam lucri causâ contrectat *l. 23. l. 46. §. 7. l. 50. §. rectè Pædius ff. de Furt. §. 18. Inſtit. eod.*

77. Hinc qui duos ſacculos ſurripuit, unum decẽ, alterũ viginti, quorum alterum ſuum putavit, alterum ſcit alienũ, hujus tantum, non etiam illius furtum facit *l. vulgaris 21. §. ſed etſi quis ff. h. t.*

78. Si quis tamen ſuam putet rem, quæ eſt connexa pars rei alienæ principalis: veluti ſi alieni poculi anſam ſuam eſſe exiſtimet, vel alienæ menſæ pedem putet ſuum; vel lecti alieni fulcrum, totius rei principalis, atq́; ita etiam partis quam ſuam putet, furtum committit *d. l. vulgaris 21. §. ſed etſi anſam ff. eod.* quum Juris error neminem excuſet *l. 4. l. error 8. & ſeq. ff. de Jur. & fact. ignor. l. quamvis 11. C. eod.* qui in eo admittitur, dum ignorat partem rei

princi-

principalis ejus eſſe, cujus per acceſſionem propria facta eſt *per l. meis 26. §. 1. & l. ſeq. in pr. ff. de A.R.D. l. tigni adpellatione 7. §. idem & ſi armario 2. ff. ad exhibend. l. in rem 23. §. ſi quis 2. ff de R. V. l. cum aurum 19. §. perveniamus 13. & §§. ſeqq. ff. de aur. arg. leg.*

79. Furtum etiam committunt ſervus, vel ancilla, qui & ſui ipſius furtum faciunt *l. 1. C. de ſerv. fugitiv. ubi Sichard. num. 2. 3. 4. & ſeqq.* ita ut uſucapi nequeant *§. furtivæ Inſtit. de uſucap. l. ancilla 60. ff. de furt. d. l. 1. l. 15 ff. de adquir. poſſeſſ. l. 6. §. 1. C. de his qui ad SS. Eccleſ. confug.* Hæc etiam partus furtum facit, contrectando *d. l. 60.*

80. Creditor quoq; ſi pignore utatur *l. 54. pr. hic §. 6. Inſtit. eod.* & rem, quam accepit, antequam poteſtatem vendendi impetraſſet, vendiderit, *l. 73. ff. h. t. l. 4. & 5. ff. de pignor. act. arg. l. 8. C. de furt.* & porrò, ſi ſoluto debito pignus celandi animo retineat *l. 57. §. 7. ff. eod.* Quod ad falſum quoq; creditorem, qui ſe ſimulat creditorem, ſibiq; ita ſolvi patitur, extēdere voluit J Ctus Ulpian. *in l. 43. ff. d. t.*

81. Depoſitarius, qui depoſitum contrectat. *l. 3. §. 18. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. §. 1. & 2. ubi Godofred. lit. G.* non inficiando tamen, licet prope furtum ſit, ſed intervertendo *l. 67. in pr. ff. h. t. n.* Vel eo utitur *§. 1. inſtit. eod. l. 16 ff. de condict. furtiv.*

82. Commodatarius, qui, dum hoc ipſum, quod utendum commodato accepit, alteri rurſum accommodat *l. 54. §. 1. ff. h. t.* Vel in uſus alios rem ipſam transferat *l. 36. ff. de condict. indebit. §. 6. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. 5. §. 8. l. 18. ff. commodat. §. 1. Inſt. quib. mod. Re. contrah. obligat. l. 16. ff. de condict. furt. l. 26. l. 40. l. 71. pr. ff. de furt.*

83. Fullo, vel ſarcinator, qui polienda ſarciendave veſtimenta accepit, ſi fortean his utatur, ex contrectatione eorundem furtum feciſſe videtur, quia non in eam cauſam ab eo accepta ſunt *l. 82. pr. d. t. fact l. 48. §. 4. eod.*

84. His accenſendus venit tabellarius, qui pecuniam ſibi commiſſam in uſus ſuos intervertit aut intercipit, quia furtum perpetrat, (licet *Sichard. in l. 7. num. 1. C. de furt.* ſub diſtinctione id accipendũ eſſe tradiderit) *l. 43. §. 1. ff. h. t. l. 38. § ult. ff. de Noxalib. Action. l. 22. §. 7. ff. mandat.* quem tamen, quia textus indiſtinctè loquantur, ſimpliciter actione furti teneri remur: *arg. l. 19. in pr. ff. de Reb. credit. l. 14. in pr. ff. de ſolut. l. 3. §. 1. de O. & A. & l. nunquam 31. ff. de A. R. D.* P. H. O. *artic. 170.*

85. Furtum ergò non committunt Infantes, quia intellectu careant, ignariq́; ſint rerum. *l. 1. verſ. impuberes. C. de falſ. monet. l. 22. in pr. ff. ad L. Cornel. de falſ. l. 12. §. 19. ff. de vi bon. rapt. l. 5. verſ. ſed ſi infans. ff. ad L. Aquil.* Furioſi, propterea, quod nullus eorũ dolus *l. 50. §. rectè ff. de furt.* nulluſq́; furãdi adfectus §. *in ſumma. Inſtit. eod.* & Impuberes, *l. impuberem 23. ff. d. t.* Si verò pubertati proximi, doliq́; capaces ſint, aliter ſeſe res habet, quia tunc, tanquam judicio firmiori muniti rem alienam cõtrectantes, furtum committunt. *l. 24. ff. d. t.*

86. Nec Dominus, ſi rem ſuam bonæ fidei poſſeſſori, cujus tamen nihil interfuit, ſubtraxerit, *l. 53. §. ult. h. t.* & rei commodatæ, ſi eam commodatario ſurripiat *l. 15. §. ult. h. t.* Quod tamen ita accipiendum eſſe, Julianus conſuluit *in l. 59. ff. eod.* ſi nullas retinendo cauſas is, cui commodata erat, habuit. Nam ſi impenſas neceſſarias in rem commodatam fecerat, interfuit ejus potius, per retentionem eas ſervare, quam ultrò commodati agere, ideoque furti actionẽ habebit, propterea, quod eo caſu quaſi pignoris loco res fuit. *d. l. 15. §. 2. in fin.*

87. Sic neque creditor, dum rem ſibi oppignoratam aufert, contrectare videtur, ſed pignori ſuo incumbere *l. 55. ff. hic.* nam hoc ipſo ſibi vigilaſſe, ac prodeſſe, jusq́; ſuum conſervare, non autem alteri nocere præſumitur *Godofr. ad d. l. 55. lit. u.* modò debitori non per vim *l. 3. C. vi bon. raptor l. 3. §. 5. ff. de incend. ruin. & naufrag. &c. l. 80. §. 3. ff. de furt. l. 1. pr. ff. vi bonor. raptor.* neq́;

invito

invito debitori ante pecuniam præñumeratam auferat *l. 14. §. 1. in ff. h. t. n.*

88. Interdum evenire Pomponius eleganter ait, ut furti non teneatur is, qui nõ animo faciendi furti, ſed tantum damni dandi tabulas delevit; cum facto enim etiam animum furis furtum exigit *l. ſi quis teſtamentum 41. §. ult. ff. ad L. Aquil. §. 7. & 18. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

89. Cui non abſimilis eſt is, qui per laſciviam, & nõ datâ operâ, pãno rubro, armentũ, vel oves tuas, vel boves fugavit, §. 1. *Inſt. d. tit.* Neq; ille, qui meretricem ancillam alienã libidinis causâ rapuit vel celavit: nec enim, *ut* J*Ctus* U*lp. in l. 39.* ratiocinatur, factum quæritur, ſed cauſa faciendi; cauſa autẽ faciendi libido fuit, non furtum.

90. Qui ſine voluntate meâ equis meis in ſpem gentis *uti Virgil. 3. Georg. verſ. 73.* vel ut idem Ulp. *in l. 52. §. 20. ff. hic*, reſcripſit τῆς γονῆς duntaxat χάριν, id eſt, geniture, ſuſcipiendiq; fœtus gratiâ, ſubjecit equas ſuas, furti non tenetur, niſi furandi quoque animum habuerit.

91. Quod eſt, ut acutiſſimus *Cujac. lib. 13. obſerv. 6.* interpretatur, ſi eos animo celandi, ſupprimendi, & lucrandi retinuerit, qui ex diutinâ retentione, etiamſi ſtudium quærendæ ſtirpis & admiſſuræ prætendat, colligitur: Sin verò id eo animo factum non fuiſſe probetur, in factum, [id eſt, utili actione furti in ſimplũ] agendum memoratus Ulp. reſpondit, quia ſola & nuda ſubmiſſio per ſe furti quodammodo genus eſt, uti probat *cit. loc. Cujac. ex Iliad. Homer. 5.* Ut hinc nonnulli id, furtũ quoddam attenti & diligentis patrifamil. cupientis rem ſuam, quam minima reprehenſione augere, adpellare non veriti fuerint: Euſtathio dicitur κλοπὴ τὶς οἰκονομικὴ, cujus rei ratio quadrat hic, quã ex *Pomp.* U*lp. retulit in l. 5. § idem ſcribit 2. ff. de R. V. junct. l. 2. in fin. & l. 26. §. pen. ff. de acquir. rer domin. arg. l. 7. C. de R. V.* Sequuntur enim ex equabus nati dominum equarum, ita ut magis videatur ille ſubtraxiſſe

ttaxiſſe ſibi ex equis alienis prolem, quam equos alienos ſurripuiſſe.

92. Ideò autem in factum convenitur actione, quod ſine permiſſu & voluntate domini equas ſubjecit, & in eam veniet omne id quod intereſt, ſi fortè exinde læſi fuerint, & deteriorati equi non admiſſarii, nullâ oblatâ mercede: Nam non ſolent plerique, niſi mercede certâ equos admiſſarios ſubmittere equabus alienis, unde & equimentum, ſicuti ex *Varron. & Non. refert Godofred. in not. ad l. 52. §. 20.* merces illa nominari conſuevit.

93. Procurator quoque falſus, cui debitor dedit nummos, ut ejus fierent, *l. 43. §. 1. in fin. ff. hic.* & talis, qui effecerit, ut vel ſibi, vel cui me delegavit, promitterem: quoniam nullum corpus interveniſſet, quod furandi animo contrectaretur, *l. 75. ff. eod.* nudis ſiquidem verbis furtum non fit, *l. 52. §. 19. ff. hic* vel is, cujus nomine perperam pecuniam procurator ejuſmodi accepit, ratum habeat, *l. 80. §. 5. ff. h. t.* nullo modo furtum facere videtur.

94. Planè ſervus, qui ſe liberum adfirmavit, ut ſibi pecunia crederetur, furtum non facit, namque hic nihil amplius, quam idoneum ſe debitorem adſerit *d. l. 52. §. 15.* idemq; obtinet in eo etiam, qui ſe patremfamil. finxit, cum eſſet filiusfamil. ut ſibi promtius pecunia crederetur *d. l. §. 15. l 2 ff. ad SCtm Macedon.*

95. Nec is, qui in perſona ſua nihil mentitus eſt, ſed verbis fraudem adhibuit, fallax eſt magis, quam furtum facit, ut puta, ſi dixit ſe locupletem, ſi in mercem ſe collaturum, quod accepit, ſi fidejuſſores idoneos daturum, vel pecuniam confeſtim ſe ſoluturum, furti non tenetur, quia ex his omnibus magis decepit, quàm furtum fecit, *ait* Ulpian. *in l. 47. §. ff h. t. n.*

96. Quid dicendum de eo, qui in pignore pro auro æs ſubjecit creditori? Et furti eum non teneri cum Sabino Ulpian. ſub diſtinctione rectiſſimè adfirmat: ſiquidem, dato auro, cum dixiſſet ſe ponderare aut obſignare velle, æs ſubjeciſſet, quia rem pignori datam intervertit furti teneri, quod ſi in dando æs ſubjeciſſet, tut-

ſet, turpiter feciſſe, non furem eſſe *l ſi quis 36. in pr. ff. de pign. act. junct. l. 1. §. ult. ff. eod. & l. cum as. 20. ff. de furt.*

97. Furtum verò regulariter ei fieri conſtat, cui, ut habet vulgata juris regula, invito res aliqua ſubtrahitur & ſurripitur, *l. ſi quis 20. verſ. nobis C. de furt. l. inter 46. §. rectè & ſeq. & l qui vas. §. qui ex voluntate ff. eod.* ſive dominus illius rei ſit *arg. l. 48. §. 2. ff. hic*: ſive non, ſua tamen interſit rem non intercipi *§. furti autem actio 13. & ſeq. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. itaq; fullo §. 2. l. in actione 19. §. pen. & ultim. & l. ſeq. §. 1. l. ſed ſi ſurripuit 28. l. ſi is cui 71. §. ult. l. is cujus intereſt 85. ff. h. t. n.*

98. Ita autem intereſſe debet, ut ex cauſa honeſtâ & probabili, non verò ex inhoneſtâ, ac turpi id ipſum proveniat, quum nemo ex improbitate turpitudineq; ſua actionem conſequatur, *l. 12. §. ſed furti verſ. ſed nemo ff. h. t. n.* quare ſi res ſurripiatur malæ fidei poſſeſſori, etſi ejus interſit, quod res ejus ſit periculo, non tamen habet actionem *d. l. itaq; fullo 12. §. 2. ff. h. t. n.* idem eſt, ſi furi res auferatur, licet ejus intereſſe in ea verſetur, ne auferatur *l. eum qui 14. §. is a. l. 78. ff. eod.* Quibus autem caſibus fur furti agere poterit recenſet *Cujac. lib. 16. obſ. cap.* 30.

99. Hinc etiam furtum fit legatario, contrectatione rei legatæ, poſt mortem teſtatoris, ad quem ea res jure proprietatis pertinuit, admiſsâ *l. ſi dominium 47. in fin. l. ſi is qui rem 66. §. 1. & l. interdũ fur. 56. in pr. verſ. ſed et ſi perſona ff. hic arg. l. ſed & hæres ejus ff. de ſerv. corrupt. Bocer. claſſ.* 4. *diſput. 1. th. 16.*

100. Ad eundem modum furtum faciunt pupillo tutores, & adoleſcentibus, cæteriſque, curatores, imò cuivis domino administratores alieni, *l. 33. ff. d. t.*

101. Cujus intereſt, rem non ſurripi, eſt omnis ille, qui alterius rei, quam tenet, cuſtodiam præſtare jubetur; cujuſmodi eſt conductor rei alienæ *l. eum qui 14. §. qualis ergo 16. ff. hic* Fullo, qui curanda poliendavè veſtimenta, & ſarcinator, qui ſarcienda veſtimenta mercede conſtituta accepit *l. 12. in pr. ff. & §. 15. Inſtit. de*

*furt.* itemq; caupo & nauta, qui ſalvum fore recepit *l. unic. §. quod ſi receperit ff. Furti adverſ. naut.*

102. Ad hanc claſsē pertinet etiā creditor, cui in pignore contrectato furtum fit *d. l. 12. §. 2. d. l. 14. §. 5. & l. 19. §. 5. & 6. arg. l. 87. ff. h. t. n. & §. 14. Inſtit. eod.* Mandatarius ſive procurator *d. l. 14. §. idem Pomponius 9* Commodatarius *d. l. §. ſi res commodata 14. & §. §. ſeqq. l. 48. §. ſi ego 4. l. 59. in pr. ff. d. t. l. 5. §. ult. ff. commodat.* niſi dominus ipſe contra furem actionem furti elegerit *§. quæ de fullone Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. ult. C. de furt. ubi Sichard. n. 1. & ſeqq.*

103. Etiam colonus *d. l. 14. §. præterea habent 2.* atque ille qui nummis colit fundum, ſi quis ei fructus adhuc ſtantes & pendentes auferat contrectando, ſiquidem hi quamprimùm ab eodem fuiſſent decerpti & à ſolo ſeparati ejus eſſe cœpiſſent *l. ſi apes feræ 26. §. pen. & l. 82. §. 1. ff. hic.*

104. Bonæ quoque fidei emtori, ſicuti & uſufructuario furtum fit, non tantùm ab extraneo & peregrino, verùm etiam ab ipſo rei domino *l. 15. §. 1. & l. 20. §. 1. l. 74. ff. eod.*

105. E contrario, furtum nunquam fit ei, qui nullo jure dominus eſt *arg. §. 13. & ſeqq. Inſtit. de furt.* & cujus nihil intereſt, rem ſalvam eſſe, cum rei iſtius neque dominium, neq; poſſeſſionem habuerit *l. 17. §. ult. ff. de præſcript verb. l. 1. §. 15. ff. ſi is qui teſt. liber. eſſ. etc.* ut ecce creditori, etſi ille aliunde ſervare creditum non poſſit, furtum non fit ſurreptione rei debitoris, quæ pignoris jure obligata non eſt, neque mulieri fit furtum in re dotali, ſed marito *l. interdum accidit 49. ff. h. t n.*

106. Tandem ad res, quarum furtum fiat ordinis ratione deveniendum erit. Dicimus autem earum rerum furtum fieri, quæ contrectari ſubtrahique commodè queant quarum in numero ſunt res corporales mobiles, eæq; animatæ, ut ſervi, animalia *l. eum qui §. Papinianus tractat. 5. ff. h. t.* vel inanimatæ, ut pecuniæ, tabula *l. Vulgaris 21. §. certè ſi proponas 6. l. qui tabul. 27. in pr.*

*in pr. l. 8. ff hic* Res alienæ *§. furtum a. 6. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc* Nec intereſt cujus ſint quantitatis vel pretii, quod ad delictum attinet, *arg. §. gallinarum Inſtit. de Rer. diviſ. weſenb. in paratitl. ad h. t. num* 10.

107. Itaque & rei minimæ furtum fieri dicitur *in pr. Inſtit. vi bon. raptor. Nov. 63. cap. 1. in med.* quandoquidem id generaliter definiatur, contrectatio rei alienæ *d. §. 6.* neque id ex ſubſtantiâ ſubtractâ, ſed animo contrectantis æſtimetur *l. 37. ff. de uſucap. c. final. 14 quæſt. ult. d. §. gallinarum 16. in fin. l. 5. §. gallinarum ff. de A. R. D. l. ſi pavonem ff. de furt. arg. l. 22. in fin. ff. de damn. infect. l. 1. §* 10 *ff. de conjung. cum emancip. liber. Iul Clar. lib. 5. Receptar. ſentent. §. furtum num. 23.*

108. Hominis etiam (quod etiam in crimen plagiatus incidit & publicum eſt *tot. tit. ff. de leg. Fab. de Plag. & l. 7. in quo Imperatores furtum à plagio ſeparant C. eod.*) furtum fit, nempe illi, in cujus poteſtate eſt veluti filii famil. *§. interdum 9. Inſtit. h. t.* Nam planè liberi id eſt, ejus, qui ſui juris eſt, furtum fieri nequit, propterea, quod furtum eſt rei alienæ, cujus dominium ad alium ſpectat; perſona verò libera nullius eſt, privati ſcilicet, quamvis ſit Reip. *arg. l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil.* ſed liberorum qui ſunt, uti dictum, ſub poteſtate, cujus reſpectu quodammodò videntur eſſe in dominio patris, ac proinde vindicari ſurripiq; poſſunt *l. 1. §. 2. ff. de R. V. l. mater 38. §. 1. ff. de furt. l. cum qui 14. §. ſi filius fam. 13. ff. eod.*

109. Item ancillæ prægnantis ſurreptæ furtum fit, & ſi apud furem concepit partus furtivus eſt, ſive apud eundem edatur, ſive apud bonæ fidei poſſeſſorem: Aliud autem eſt ſi apud b. f. poſſeſſorem & conceperit & pepererit *l. 48. §. 5. ff. de furt.* Idem juris ſervandum in pecudibus, eorumq; fœtu, quod in partu, ut pote, quo caſu iſte furtivus eſt, aut non, eodem quoque fœtus erit furtivus, aut non *d. l. 48. §. 5. l. 12. C. de furt.*

110. Rebus inanimatis, quarum furtum fieri poſſe adſeruimus,

annumerantur porrò arbores, lapides, & terræ fructus, quos quis fraudandi animo decerpſit *l. verũ §. ult ff h.t.* Item, vaſa, diſcus, patera, lanx *l. 19. § 1.&* id, quod ab eâdem abraditur *l. ſi quid 22. §. ult.* Tum etiam tabulæ ſive cautiones *l. qui in pr. 27. §. 1.2. & final. ff. hic* cæteraque inſtrumenta, & quicquid in iis continetur, ſi aliæ probationes deſint *d. l. 27 § ult. l. 31. §. 1. l. ſeqq. in pr. ibidem* Epiſtola *l. 14. §. ult. h.* libelli *l. 72.* Olivæ, uvæ, *§. 3. Inſt. h. t.*

111. Rerum ſimiliter earum furtum fit, quas facto naufragio diſperſas jacentes, vel ex nave ejus levandæ, & periculi effugiendi gratiâ ejectas, hoc animo, ut ſi ſalvæ & ſervatæ fuerint, recipiantur, alius abſtulit, ac animo lucrifaciendi detinuit, quas tamen pro derelictis non haberi compertum poſteà eſt *d. l. falſus creditor 43 §. ſi jactum ex nave 11. ff. de furt. Auth. navigia C. eod.*

112. Nec longè diſcedere videntur ab his, quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis cadunt, propterea quod dominorum maneant, ſintque ab inventoribus reſtituendæ *§. ult. in fin. Inſtit. de Rer. diviſion. ubi Mynſ. n 7.* nec occupanti cedant, cum voluntas alienandi abeſt *arg. l. falſus 43. § qui alienum ff. de furt. Giphanius ad d. §. ult.*

113. Ei verò, qui rem talem alicubi jacentem tuliſt, ut à furti ſuſpicione liber ſit, ſeque obligatione eximat, conſilium dedit Ictus Ulpian. *in d. l. 43. §. proinde videamus 8.* ut publicè proponat libellum, continentem ſe inveniſſe, neque furandi animo ſe id feciſſe, redditurumque ſe ei, qui deſideraverit, & oſtenderit rem eſſe ſuam, atque ea proteſtatione animum innocentem declaraverit.

114. An tamen nihilominus εὕρετρα (id eſt inventionis præmia quæ dicunt, exigere propter rem inventam licebit? Et reſpondit Ictus *d. l. §. 9.* furtum non videri eum facere, etſi non probè petat aliquid, *add. c. ſi quid inveniſti 14. q. 5.* Quod ſi tamen rei conquirendæ cauſâ ſingularem operam induſtriamque impendiſſet aliquis, indicinæ præmium nemini denegandum exiſti-

xiſtimaremus *arg. l. idem §. ſi tibi ff. de condic. ob turpis vel inhoneſt. cauſ. Schneidew. ad d. § ult. num. 7. Inſtit. de Rer. diviſ.*

115. Quid a. agendum, ſi non inveniatur is, cujus res inventa fuit, addicendane illi, qui invenit? Ex ſententia D. Hieronymi Eccleſiæ vel pauperibus ea tribui debet *c. nemo qui rapit 14. qu. 5.* Nos morem cujuſque regionis ſpectandum eſſe opinamur, *arg. §. ſed & quod principi 6. inſtit. de J. N. G. & C. l. Ἀξίωσις 9. ff. ad L. Rhod. de jact. Aliter Schneidew. ad d. §. ult. num. 7. & Mynſing. ibid. Inſtit. de Rer. diviſ.*

116. Ex hiſce nemini ignotum erit, rerum immobilium, quæ loco non moventur *l. theſaurus 15. ff. exhibend.* ut fundi *l. 25. in pr. ff. de furt.* cum jam dudum obolita ſit quorundam veterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi, locive furtum fieri *§. 4. Inſtit. de uſucap. l. 38. ff. eod.* contrectationem admitti nullatenus poſſe.

117. Quemadmodum nec rerum incorporalium, quatenus ſcilicet in abſtracto, hoc eſt, per ſe, non verò in concreto, id eſt, rei corporeæ conjunctæ conſiderantur, quoniam tangi non poſſunt, nec oculis videri vel deprehendi, ſed in jure conſiſtunt, ac ſolà animi cogitatione & intellectu percipiuntur. *tot. titul. Inſtitut. de reb. corporalib. & incorporalib. 1. §. 1. ff. de rer. diviſ.* nec ad res mobiles, neque ſoli referuntur *l. quam Tuberonis §. ult. ff. de pecul.*

118. Nec rei propriæ, *arg. l. falſus 43. §. qui alienum ff. h. t. n.* niſi fortaſſis, cum alio ſit communis, puta ſi ex duobus ſociis alteruter rem, quæ utrique communis eſt, intervertat: Etenim furtum committit, quatenus ea res non ſua eſt, ſed ſocii etiam, *l. ſi ſocius 45. ff. eod. l. rei communis 45. l. merito 51. ff. pro ſoc.* Aut ſi alter in ea habeat jus, uti in re oppignoratâ *l. in actionibus 19. ff. h. t. n. §. aliquando Inſtit. eod.* aut in poſſeſſione, vel uſufructu, qui alterius eſt, *l. creditor 15. §. 1. l. cum eas 20. §. 1. l. qui injuria 53. §. final. eod. l. 2. §. in hac actione ff. vi bonor. raptor.*

119. Neque hæreditariæ rei *l. 68. ff. h. t. n. l. 40. ff. de Noxal. actio.* quia poſſeſſionem hæreditas non habet, quæ facti eſt & animi *l. 1. §. 15. ff. ſi is qui teſtam liber. eſſe juſſ. &c. l. 9 ff. ex quib. cauſ. major. l 29. ff. de acquir. poſſeſſ.* ideoq; neq; verè, neq; fictè poſſidetur, ſed impropriè, ut Accurſ. voluit *in l. 40. verſ. ſi fortè in verbis, hæc ita. ff. de acquir. poſſeſſ. Godofred. ad d. l. 1. §. 15. in not. l 6. ff. expilat. hæreditat.* Et hæreditas jacens defuncti repræſentat perſonam in his tantum, quæ juris, non etiam quæ facti ſunt: Unde evenit, quia ipſa non poſſideatur, nec poſſeſſio ei interverti poterit, cum omnis, ut dicitur, privatio habitum præſupponat *l. decem 110 ff. de V. O.*

120. Quantum formam furti concernit, ea ex hactenus traditis colligi ſatis & aliquo modo etiam intelligi poteſt, atque, ut apparet ex definitione ſuperiùs relata, requirit omninò cõtrectatiónem fraudulosam, animũq; furandi, *l. 1. l. 6. in pr. l. 52. §. 19. aliisq; ll. plur. ff. de fur.* Idq; tam manifeſtum eſt, ut, id qui negare velit, furtum quoq; neget delictum eſſe, neceſſe ſit; Cauſa enim hæc delictorum eſt communis, ut voluntate fiant delinquentium *D. Procancellar. Vult. ad tit. de obligat. quæ ex delict. §. 1. num. 25.*

121. Eſt, autem Contrectare, *ſecundum Borcholt. ad d. §. 1. Inſtit. d. t. num. 5.* nihil aliud, quam ſecum trahere, & ita loco movere *l. 3 §. ſi rem apud te depoſitam ff. de acquir. poſſ.* fraudandi nimirum cauſâ, eoq; animo, affectu, eaq; mente & intentione, ut rem lucri faciat *l. qui ea mente ff. de furt. l. 8. §. 1 ff. arb. furt. cæſar.* adeoque, ut voluntas illa fraudulenta non maneat in cogitatione furis, ſed exerat ſe aſſumto actu, *ut loquitur Tribonianus in l. fugitivus 225. ff de V. S.* Cogitatio enim humana tantùm in mente eſt, & in corde conſiſtit, de qua tanquam re ignota Eccleſia non judicat.

122. Et quamvis vel hæc ſola pravi cogitatio, coram tribunali Dei, & in foro conſcientiæ, pœna ſit digna, cum ſit concupiſcentia mali repugnans Legi divinæ cordibus noſtris inſcriptæ, ut

Apo-

Apoſtol. ad Rom. 2: imò ipſe Salvator noſter Matth. 5. docuit; formatum tamen furtum non eſt, etiam in foro poli, quamdiu nondum ad ullum facti deductum eſt principium, ut ita cogitationis illius peccatum non verè & propriè ſub legem, quæ de furto lata eſt, ſed ſub legem de concupiſcentia promulgatam cadere rectius fortaſſe dixerimus, & ex ea peccati accuſatur, quò ſpectare videntur *c. homicidiorum c. omnis iniquitas c. noli putare c. ſeq. c. ſi propterea & ſeq. ext. de pœnitent. diſtinct.* 1. Quandoquidem, ut ſuprà etiam *Theſ. 69. & ſeq.* diximus nec verbo, ſcriptura, neque cogitatione, & inficiatione ſola citra aliquam rei cõtrectationem furtum admittitur. *d. l.* 1. *§. ſola d. l. ſi quis uxorem 52. d. l. inficiando ff. de furt.* Omne enim maleficium ex RE, hoc eſt, ex ipſo facto, & ex eo obligatio eſt. *d. §. 1 Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. 4. ff. de obligat. & action. D. Gædd. ad d. l. 225. de V. S. num.* 3. *& ſeq.*

123. *Contrectationem* idcircò exigimus, aut *veram*, ut cum realiter res aliqua intercipitur, aut ad alium uſum, in quem commodata eſt, transfertur & abducitur: Aut *fictam*, quam effectu conſiderato, jus tamen pro vera habet, ut ita non ſemper plena rei ablatio, amotioq; neceſſaria ſit, ſed ſufficiat, ut res moveatur, licet non amoveatur *l. qui furtum 16. ff. de condict. furt. Weſenb. in in paratitl. h. t. n. num. 11.*

124. Nonnunquam tamen is etiam furti tenetur, qui quidem ipſe furtum non fecit, ſed mandavit, aut conſuluit tantùm, dummodò aliàs furtum nullum futurum fuiſſet, *ut communiter volunt Dd. in d. §. interdum. 11. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. Weſenb. ibid. & citat. loc.* Aut qui duntaxat opem præſtitit, nullo conſilio præcedente, quia eo ipſo, dum ſuppetias fert furanti, animus illius furandi, & fraudulofa contrectatio ſatis deprehenditur *l. ſi pignore §. qui ferramenta 4. ff. de furt. d. §. interdum 11.*

125 Opem autem ferre & conſilium dare, tunc nocuiſſe debet, *autore JCto Paulo in l. ſæpe 53. §. 1. ff. de V. S. in fin.* cum factum, id eſt,

id eſt, ipſa contrectatio, ſive furtum ſequutum eſt *Weſenb. d. loc.* Licet enim ipſemet non attrectaverit, furti tamen reus eſt ex alterius, quam vel juſſit, vel ratam habuit, attrectatione.

126. Opem fert, qui miniſterium atq; auxilium ad ſurripiendas res præbet, veluti, qui ſcalas feneſtris ſupponit, vel oſtium effringit, vel ferramenta ad effringendum concedit; item, qui ſe comitem adjungit, ac latebras præbet, ut alius furtum faceret *d. §. interdum quoq;* 11. *l.* 54. *§.* 4. *ff. de furt.* Nam ſicut nemo furtum facit, ſine dolo malo *d. l. ſi pignore §. rectè ff. d. t.* ita nec cōſilium dare, vel opem ferre ſine dolo malo poteſt. *Mynſ. ad d. §. interdum num.* 2.

127. Conſilium verò dat, qui verbis perſuadet & impellit, atque conſilio inſtruit ad furtum faciendum, ipſe autem nihil auxilii præſtat, aut facit, ut ſi Titio ſuaſeris, illi vel illi furtum facere, item noctu potius, quàm interdiu, vel dum ille in convivio eſt, quàm dum domi, &c. Itemq; ſi mihi perſuadeas pannos meos ſiccandos noctu in hortis tuis relinquere, ut eos furto Titius auferat *l. in furti* 90. *§. ope l.* 1. *§. perſuadere ff. de ſerv. corrupt. l. final. C. de Noxalib. action.*

128. Contentio quoque in eo interpp. non levis eſt, num hæc duo conjunctim, OPE & CONSILIO, requirantur, vel alterutrum feciſſe ſufficiat? Et quidem *Donell.* 15. *commentar.* 29. *Pac.* 4. ἐναντιοφ. 24. conjunctim illa ponenda eſſe defendunt, in tantum, ut furti eum non teneri velint, qui conſiliũ furandi dedit, ſi opem non tulerit: Neque qui opem tulit, niſi conſultò fecerit, ut furtum committeretur, *per d. §.* 11. *Inſtitut. de oblig. quæ ex delict. naſc. junct. l.* 50. *§.* 1. *ibi, ope & conſilio ff. h. t. n. l.* 16. *ff. de condict. furtiv.*

129. Quod cum non ſine rationibus, iiſq; evidentioribus, *& ex l. ſi quis* 52. *§. neq; verbo* 19. *ibi, quare & opem ferre vel conſilium dare, l. ſi pignore. §.* 4. *ff. h. t. d. l. ſæpe.* 53 *§. ult. junct. l. conſilii* 47. *ff. de R. J. & l.* 2. *C. de furt.* depromtis expugnant impugnant *Conſult. Dom. Gœdd. ad d. l.* 53. *num.* 16. *Mynſ. ad d. §. interdum num.*

*num. 2.* *Weſenb. in paratil num.* 11. *& d. §. num.* 1. *Arum. diſput.* xx. *24. th.* 3. nos rejectâ opinione priori, in illorum ſententiam tanquam veriorem promti concedimus, *arg. l. qualem autem* 19. *§.* 2. *verſ. & Sabinus ff. de Recept. qui arbit. receper.*

130. Finis furti adæquatus eſt *lucrum*, cum ſine intentione lucrifaciendi furtum non admitti, neque alius ex eo evinci, multò minus promanari poſſibile ſit: Unicè ſiquidem lucrifacere, & ſui lucri cauſâ contrectare fur omnis cupit *l. qui ea mente* 65. *ff. de fur. l. ſi mulier §.* 1. *ff. rer. amotar. l. ſi pignore* 54. *§.* 1. *ff. h. t. n.* Licet quis ut Ictus Gajus *in d. l. §.* 1, loquitur, uſum tantummodò rei alienæ, in ſuum lucrum convertat, nec movere quempiam debet, quaſi nihil lucri ſui gratia fiat: ſpecies enim lucri eſt, ex alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi adquirere *adde §.* 1. *Inſtit. de oblig. quæ ex delict naſc.*

131. Effectus furti in actionibus vertitur, quibus pœnam, quæ exinde exiſtit, perſequimur *§. ex maleficiis & ſeq. Inſtit. de act. d. § furti a. actio Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. ſi pignore* 54 *§. cum furti actio ff. de furt.* Ac in enormi hoc & frequentiſſimo delicto inprimis viſum eſt Imperatori Juſtiniano delinquentem pluribus actionibus teneri, & conveniri poſſe, *§. Sic itaq; diſcretis verſ. plan. Inſtit. de act. l. ſi pro fure* 7. *§. final. ff. de condict. furt.* idque ob fervens odium furantium, & ut tantò rectius veris dominis provideri poſſet.

132. Conveniuntur ergò, non ſolum actione in perſonam, quæ iterum vel civiliter, vel criminaliter, idque extra ordinem *l. ult. ff. de priv. delict. & l. ult. ff. de furt.* inſtitui poteſt, verùm etiam actione in rem.

133. Civiliter autem ea actione; quæ appellatur actio furti *in l. eum qui §. qualis ff. de furt.* Eaque appellatio generalis eſt, cujus rurſum duæ conſtituuntur ſpecies: Quarum unâ pœnam perſequimur duntaxat, & merè pœnalis eſt, retinetque generis nomen, & propriè actio furti dicitur. Alterâ verò rei perſequutio-

nem, quæ condictio furtiva nominatur *l.1.l.ex furtiva 5.l.ſi p:o fure 7.§.1. & l. 10 & ſeq.ff. de condict. furtiv. d. §. ſic itaq; diſcretis Inſt. de action.*

134. Extra ordinem, cum quaſi criminali accuſatione inſtituta, aliquid Reipub. ab ipſo fure pœnæ nomine inferri darive, vel etiam pœnam aliquam eidem infligi, & ſic corporaliter puniri petimus: atqui tunc eum, qui ita extra ordinem ejus rei pœnam exerceri velit, ſubſcribere ſe in crimen oportebit, non quaſi publicum ſit judicium, ſed quia viſum eſt, temeritatem agentium etiam extra ordinem animadverſione coërcendam eſſe *d. l.ult ff. de furt. & d. l. ult. ff. de privat. delict. l. 3. ff. ad SCtum Turpillian.*

135. Ex quo non minùs elegans, quàm dubia velitanda reſultat quæſtio, An; cum olim publicum non fuiſſe ICtus *in l. 92. ff. de furt.* oſtendat; hodiè publicum dici poſſit judicium, propterea, quod ex conſtitutione criminali Carol. V. accuſationem habeat, & in eo crimen vertatur, ex quo ut plurimum mors inſequi ſoleat naturalis? Nos in negantem partem propenſiores ſumus.

136. Cùm, quia nova illa conſtitutione imperiali publicum id non eſſe ſpecialiter præcipiatur, veteri jure extraordinarium dicendum eſt per *l præcipimus 32. C. de Appellat.* quod enim novo jure non correctum reperitur, id veterum relinquitur conſtitutionibus; Tùm quoq;, quod non omne judicium, in quo crimē vertitur, continuò publicū ſit, ſed illud demum, quod, ut dicitur *in l. 1. ff. de public. judic.* ex Lege publicorum judiciorum deſcendat *junct. lib. 4. §. 1. C. de Hæret. & Manich* quodque horum legibus compræhenſum, ab unoquoque ex populo deferri atque accuſari poteſt *l. non diſtinguemus 32. §. Julianus ff. de Recept. qui arbit. recepe. l. 3 §. ult ff. de prævaricat. Arum. diſp ϖ. 25. θ 1. Soarez. in not. ad Gomeſ. 3. variar. reſolut. 1. num. 4.* Tum denique quia aliâs etiam extraordinario affecti pulſatique judicio quidam ultimo etiam coërceantur ſupplicio, aliàque pœnâ capitali *l. pen. ff. de condict caus. dat, cauſ. non ſeq. l. 3. §. adverſus 23. & ult. ff. de ſepulchr. violat.*

137 Actio-

137. Actione in rem agitur, Rei vindicatione *l. quamvis 17. C. de furt.* & competit ſoli domino *l. in rem 23. ff. de R. V.* contra ipſum furem, & qualemcunque rei furtivæ poſſeſſorem, ad rem furto oblatam recuperandam *l. ſi mancipium C. d. t. §. ult. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. Harprecht, par. 2. diſp. 16. th 10. Schneid. ad §. ex maleficiis 15 num. 4. Inſtit. de Act.*

138. Liberum itaque erit ipſi domino ex hiſcè unam eligere, ubi notandum, ſi aliquam ex rei perſequutorijs inſtituerit, alteram quamprimùm tolli *l. ancilla 12. C. de furt. l. ult. C. de Noxal. action.* quoniam bonæ fidei non convenit, ut idem bis exigatur *l. bona fides 5 ff. de R. I. arg. pr. Inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Et unâ ex hiſce actionibus intentatâ & re recuperatâ, aliâ deinde intentare non permittitur: e. c. ſi per condictionem furtivam rem tibi furto interceptam receperis, prohiberis poſtea rei vindicationem contra eundem inſtituere: improbum ſiquidem putamus eum eſſe, qui velit iterum conſequi, quod accepit *l. 51. ff. de re judic. l. 36. ff. de pecul.*

139. Cæterùm ſi intentata fuerit perſequutoria actio, illa poſtmodùm non excludit nec tollit pœnam, neque contra pœnalis actio furti tollit rei vindicationem & condictionem furtivam, cũ ad diverſum tendant finem, nempe actio furti ſpecialis ad pœnam; reliquæ verò ad rem *d. l. ſi pro fure 7. §. 1. ff. de condict. furt.* eaque videtur eſſe cauſa, ob quam non ita promiſcuè dantur omnibus & quibuſvis.

140. Sciendum hîc etiam, licet duæ ſint actiones rei perſequutoriæ, condictio nempe furtiva, & rei vindicatio, quibus intentatis fur infamis non fiat, attamen non in omnibus caſibus, & ſemper iiſdem agere tutum & conſultum eſt. Condictio etenim intentatur tantùm contra furem, ejuſve hæredem *d. l. ſi pro fure.* Sed rei vindicatio, tanquam omnium aptiſſima & generaliſſima, quia contra omnes tàm malæ i. e. ipſum furem, quàm bonæ fidei poſſeſſores, utpote eos, qui ignorantes emerunt rem furtivã, vel ex

alio, probabili tamen titulo detinent, competat *Sichard. ad d. l. ancilla* 12. *num.* 7. *&* 8. *C. de furt.* quare hac agere commodius erit.

141. Actio criminalis furti, quæ etiam accuſatio nominatur *in l. 3. ff. de var. & extraordin. crimin. l.* 1. *C. de excuſ. tutor.* definitur à Dño Bocero *d. claſſ. 4. diſput. 1. theſ.* 87. qua actor furem ad judicis criminalis tribunal deductũ, arbitrariâ animadverſione coërceri petit *per l. interdum* 56. §. 1. *ff. de furt. l. 1. in pr ff. de offic. præf. urb. l. pen. ff. de condict. cauſ. dat cauſ. non ſeq.*

142. Civilis actio furti, aut eſt merè civilis ex ll. 12. tabul. proveniens §. *ſunt a. Inſtit. de noxal. act. l. ſi pignore* §. *furem ff. de furt. l.* 4. §. 1. *ff. ad L. Aquil. l.* 1. §. *pen. ff. de tutor. & rat. diſtrah. l.* 1. §. 3. *ff furt. adverſ. naut. Hottom. & weſenb. ad d.* §. *pœna a.* 5. *Inſt. h. t. n. & in parat. ff. eod. num.* 14. *Cont. lib. ſubciſiv. lect.* 2. *Anton. Auguſt. lib.* 4. *emendat c.* 4. *Guil. Forſt. diſp. ult. p.* 1. *th.* 3 ut actio furti manifeſti in duplum *d.* §. *pœna a. manifeſt.* §. *duplum Inſtit. eod.* P. H. O. *art.* 157. *ibi.* **dem beſchedigten den diebſtall mit der zweifacht zubezahlen/ ꝛc.** Vel Prætoria, ut furti manifeſti in quadruplum §. *quadrupl. a. Inſt. d. t.* P. H. O. *artic.* 158 *ibi.* **daß er dem beſchedigten den diebſtall vierfältig bezahlen ſoll.** Et duplum, item quadruplum totum pœnæ eſt, nec ineſt rei perſequutio §. *quadruplum a. Inſtit. vi bon. raptor. d.* §. *furti a. actio Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. d. l.* 54. §. *cum furti actio ff. de furt.* ſed verum rei pretium duplabitur, aut quadruplabitur, non quod intereſt *l. in furti actione* 50. *ff. h. t. n.*

143. Quæ prædictæ pœnæ ex ſacro Codice, ex legibus nimirum Moſaicis originem duxiſſe, dubium eſſe videtur nullum, utpote in quibus, qui furatus oves vel boves vendidiſſet, quinq; pro uno reſtituebat, & quatuor oves pro una: Si rem ſurreptam habuiſſet, duplum reddere cogebatur *Exod.* 22. tandem progreſſũ temporis propter creſcens delictum pœna hæc adaucta ad ſeptuplum *Prov.* 6. Et furti damnatus, ſi ſolvendo non eſſet, diſtrahebatur *Exod.* 22 *verſ.* 3.

144. Id tamen quod ſuperiùs diximus, ita intelligendum arbitramur, ſi jure dominij deferatur furti actio: Quod ſi jure dominij non defertur, tunc in æſtimationem venit utilitas *l. 46. §. 1. & 2. l. 50 pr. l. 52. § 29. l. 74. l. 80 §. 1. ff. de furt.* e. g. Si creditor agit de pignore ſibi ſurrepto contra furem extraneum ſive debitorem, competit ipſi actio in pignoris, & non in ſolam debiti ſummam *l. 87. ff. d. t.* quapropter & in ſolidum agere poterit, licet debitum non æquet æſtimationem pignoris *l. 15. pr. ff. eod.* Si verò ipſe debitor creditori pignus ſubtraxerit, tum creditor actione duntaxat furti agit in ſummam pecuniæ debitæ, & uſurarum ejus; non verò in æſtimationem pignoris *d. l. 87.* quo caſu creditoris lucro cedet, quicquid debitor actione furti conventus ipſi præſtiterit; ſuperiori verò creditor imputat credito, quicquid à fure conſequutus fuerit *d. l. 15. pr. & l. 22 ff. de pig. act.*

145. Proinde ſi creditor agens actione furti tantum conſequutus ſit, quantum ipſi debetur, de novo furti agere nequit, ſi ei iterum ſurripiatur, modò ejus culpa non contingat *l. 14. §. 6. ff. de furt.* Ut ſi duo pignora data eſſent creditori, ac ſeparatim eadem ſint ſubrepta, in ſolidum de ſingulis agere poteſt, & ſi unius nomine ſolidum acceperit, alterius nomine nihil conſequetur: Sin verò utrumque ſimul ablatum ſit, non in totum, ſed pro qua parte ejus interfuerit, in ſingula diviſo debito actionem habebit *d. l. 14. §. 7. ff. h. t. n.*

146. Si fructuarius & proprietarius furti agant, fructuario de fructibus amotis & ablatis, vel quanti ejus interfuit, eorum furtum factum non eſſe, agere permittitur: Proprietario autem, quod ejus interfuit, non eſſe ſublatam proprietatem *l. 46. §. 1. h. t. n. l. 12. §. ult. ff. de uſufr. & quemadmod. quis utat. fruat.*

147. Quod ſi plures furtum unius rei commiſerint, quam ſinguli contrectare & tollere non potuerunt, furti actione ſinguli quique in ſolidum tenentur, neque uno per ſe ſolvente cæteri liberantur, licet aliâs uno illorum perſolvente ex cauſa con-

dictionis furtivæ reliqui pœnam furti effugiant. *l. 21. §. 9 ff. de furt. l. 7. §. ult. l. 8. ff. de juriſdi. l. 1. §. 3 l. ult. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim. l. 55. §. 1. ff. de adm. & peric. tutor. l. 1 C. de condict. furt. l. 1. § ult. ff. ſi is qui teſt. lib. eſſe, &c. l. 1. pr. ff ſi famil. furt. feciſs. dic. l. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil. vid. Hottom. in illuſtr. quæſt. 33.*

148. In actione furti (ſicuti & in condictione furti) res furto ablata monſtrari debet, ut intelligi poſſit *l. 52. §. 25. ff. h. t. n.* De pondere vaſorum non neceſſe eſt loqui, ſed ſufficit dicere lancem, diſcum vel pateram: Materia tamẽ adſcribenda erit, utrum aurea, argentea, vel quæ alia ſit: Quod ſi quis argentum infectum petat, & maſſam argenteam dicere & pondus proponere debebit: Signati autem auri vel argenti numerum complecti, veluti aureos tot pluresve furto ſibi abeſſe: Quod ſi de veſte agatur, color dicendus eſt: Quod ſi tamen actor juret, ſe pro certo colorem dicere non poſſe, remitti ei hujus rei neceſſitas debet *l. in actione 19. §. 1. & §. §. ſeqq. ff. de furt. junct. l. qui vas 48. in pr. eod.*

149. Cur in furto manifeſto major & gravior pœna, duriorq; vindicta, quàm in nec manifeſto, placuerit, non immeritò mirari quempiam poſſe ait *Hænon. in diſputat. ϖ. de furt. th. 8. lit. a.* Et quidem *Cujac. lib. 19. obſerv. 12.* eam diverſitatis rationem adnotavit, ut ſcilicet plus conſequatur, qui vigilantior fuit in ſervandis rebus ſuis, quiq; diligentior in perſequendo & deprehendendo fure. Cum furtum aliâs, quod nobis fit, culpæ noſtræ aliquo modo adnumeretur, non caſui, ut latrocinium; imò quò major culpa eſt in eo, qui non deprehendit furem, tantò minus etiam actione furti conſequi debet, ut ſcilicet eatenus & ipſe ſuæ negligentiæ pœnam aliquam luat & ſuſtineat, facit *l. non adminiſtro ff. de adminiſtr. & pericul. tutor. & curat. l. 2. §. ſi in ff. de vi bonor. raptor. arg l. palam ff. de rit. nupt.*

150. Utraque porrò, tàm manifeſti, quàm nec manifeſti furti actio eſt perpetua *l. cum quis 41. §. quamdiu ff. de furt. §. furti quoq; manifeſti Inſtit. de perpet. & temp. act.* daturq; non minus hæ-

rèdi

redi ejus, cujus furtum factum non eſſe intereſt, atq; illi, cui furtum factum ſit *§. non autem Inſtit. d. t.* ſicuti & bonorum poſſeſſori, itemq; patri adoptivo, & legatario. *l. dominum 47. ff. de furt.*

151. Contra tamen hæredem furis, quia pœnam perſequitur, non datur *d. §. non autem l. ſicuti pœna l. pupillum. 111. §. in hæredes ff. de R.* J. cum pœnæ ſuos tenere debeant autores, ut quæ facti ſint, & perſonam non egrediantur *l. ſancimus. l. 22. C. de pœn.* & unuſquiſque, ut ait Calliſtratus *in l. crimen 26. ff. de pœn.* ex ſuo admiſſo ſorti ſubjiciatur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituatur *adde l. 26 ff. eod. & Deuteron. c. 24. verſ. 16. Jerem. 31. verſ. 30. Ezechiel. c. 18. verſ. 4.* quod ſcilicet filius non portabit iniquitatem parentis.

152. Niſi lite cum defuncto fure conteſtatâ *l. pœnalia 164. ff. de R. J. l. unic. C. ex delict. def. in quant. hæred. conv.* ſiquidē per eam omnes actiones, tempore aliâs perituras, etiamſi pœnales ſint, perpetuari conſtat, *teſte Ulpiano, in l. omnes pœnales 26. ff. de O. & A.* cui & Gajus *in l. omnes actiones 139.* & Paulus *in d. l. pœnalia 164. ff. de R. J.* adſtipulantur. Et conſtitutum præterea *in pr. l. in hæredem. 5. ff. de calumn.* turpia lucra hæredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur.

153. Ut autem generatim ſciatur, quatenus hæres teneatur ex delicto defuncti, genus actionis, quâ hæres in caſu hujuſmodi cōvenitur attendendum eſt principaliter: Quod ſi igitur conveniatur actione pœnali ex maleficio deſcendente, lucrū duntaxat hæredi extorquetur, hoc eſt, de eo ſaltem convenitur hæres, quod ex dolo defuncti ad ipſum pervenit, quū alieno ſcelere nemo ditari debeat, *d. l. unic.* de quo caſu accipienda quoque *l. toties 44. ff. de R.* J. Quod ſi ergò ex maleficio defuncti nihil ad hæredem pervenerit, nec pœnalis actio in ipſum tranſibit, ut docet JCtus Gajus *in d. l. pupillum 11. §. final. ff. d. t. l. ult. C. de furt.*

154. Aliud eſt, ſi ex dolo defuncti, actione ex cōtractu oriente conveniatur; etenim tunc in ſolidum tenetur, non tantum in

id, quan-

di, quantum ad ipſum pervenit, ut Pompon. *in l.ex depoſiti 12. ff. de O. & A.* & *Ulp. in l. hoc jure 152. §. ult. & in l. ad ea quæ 157. § ult. ff. de R.* J. Nec ratio hujus obſcura eſt, quia contractus pertinent ad rem familiarem, & ad jus hæreditatis univerſum: Æs enim alienum per omnia bona debitoris transfuſum eſt *l. ſi fidei commiſſum* 50. §. *1. ff. de judic.* quod ſecus eſt in delictis; cum in iis non jus ſed factum verſetur *arg. pr. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſ.* quod quia cohæreat perſonæ, de alia in aliam tranſire non poteſt *l. ſi ſtatu libera* 6. *§. final. ff. de ſtatu, lib. l. unic. §. 9. &* 10. *C. de caduc. tollend.*

155. Quid ſentiendum de actione ex delicto deſcendente rei perſequutoria, dabiturnè illa in ſolidum an verò in quantum ad hæredem pervenit, adverſus eum? Et quidem *Covarruv. lib. 2. variar. reſolut. c. 3. num. 7. Anton. Fab. lib. 4. conject. 1. & Pet Fab. ad d. l. 38. num.* 20. *aliiq; plures*, hæredem in ſolidum obligatum eſſe argumentis haut improbabilibus defendunt. Contra quos ſtant, *Gomeſ. lib. variar. reſolut. tit. de delict. cap.* 1. *num. 85. Hartm. piſtor. lib. 1. quæſt.* Jur 27. *num. 2. Fachin. lib.* 9. *controv. cap. 5. & inprimis Farinac. lib. 1. quæſt. criminal. tit. de inquiſit. quæſt. 10. num.* 64. hæredem in quantum ad eum pervenit obligatum tantummodò eſſe, adſerentes. Utraq; opinio ſat habet defenſorum & ſat fautorum, utraq; etiam plauſibilis, nobis tamen plauſibilior ultima; *ob l ult. C. rer. amot. l. ſi mulier §. hac actio ff. eod. l. 5. §. ult. cum duabb. ll. ſeqq. ff. de alienat. judic. mut. cauſ. arg. l. ſi plures, & l. in hæredem ff. de dol. d. l. unic. C. ex delict. defunct. in quant. hær. conv.*

156. Qui conſilium tantum dedit; & ad furtum faciendum adhortatus eſt, ſi id effectum habuerit, furtumq; ſubſequutum fuerit; aut aliâs opem tulerit, ex ll. 12. Tabb. is convenitur peculiari furti actione, quæ appellatur; *ope conſilio tuo furtum factum eſſe ajo. d. l. ſæpe ff. de V. S. l. ſi ſervus 27 §. ſi quis de manu 21. ff. ad L. Aquil.* ſemper tamen in duplum, nunquam autem in quadruplum

plum *l. is qui opem 34. ff. de furt. l. ult. C. de Noxalib. action.*

157. Sequitur de CONDICTIONE FURTIVA, quæ eſt actio perſonalis, civilis *Weſ. ad tit. de cōd. furt. in parat. n. 5.* cōpetens ſoli domino, ejuſq; hæredibus contra ipſum furem, & illius hæredes *§. final. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. 2. l. 5. l. ſi pro fure 7. §. ult. l. in condictione 9. ff. de condict. furtiv.* ad rem furto ſubtractam *d. l. 7. §. 1. ibi,* condictionem ipſam *& §. 2. ibi,* quia rei habet perſequutionem *l. in re 8. in pr. ibi,* ipſorum corporum cōpetit *l. 10. & ſeq. ff. d. t.* vel ſi ea perierit, ejus æſtimationem, quæ eo ſpectatur tempore, quo ea res unquam plurimi fuerit *d. l. in re 8. in pr. §. 1* cum fructibus *d. l. 8. §. ult. &* intereſſe *l. 3. ff. eod.* recuperandam.

158. Eaq; duplex eſt, certi nimirum & incerti, *l. & ideo 12. §. ult. ff. de condict. furtiv.* Certi eſt, cum res furtiva certa eſt: Incerti, cum rés eſt incerta *l. 1. ff. d. t. Dn. Vicecancellar. Vultei. ad d. §. ſic itaq; diſcretis 13. verſ. planè Inſtit. de action. num. 5.* illa datur ſoli domino, cui furtum factum eſt; *l. 1. ff. eod. Cujac. in paratitl. C. ad h. t. & in lib. [illegible]. quæſt. Papinian. pag. 222. col. 1. & lib 39. Pauli ad edict. pag. 247.* Hæc v. etiam non domino, veluti creditori, cui pignus furto ablatum eſt, *d. l. & ideo 12. §. ult. & l. ſi pignore 22. in pr. verſ. multò magis ff. de pigner. action.* Ut & bonæ fidei poſſeſſori, ratione poſſeſſionis per furtum ablatæ *l. 2. in fin. ff. de condict. Tritic. l. verum eſt 25. ibi, poſſe condici poſſeſſionem ff. de Furt.* Itemq; commodatario *per l. ult. ubi Sichard. num. 12. & ſeq. §. ſed cum in ſecundam, ibi, non tantun in rem furtivām C. de furt. Vaud. lib. 1. quæſt. 31.*

159. De origine hujus actionis, an ſcilicet ex delicto deſcendat, vel potius habenda ſit in numerum earum actionum, quæ ex variis cauſarum figuris naſcuntur, non impertinenter hîc diſquiri poteſt? Nos omiſsâ aliorum ſecus ſentientium opinione eam ex maleficio prognatam eſſe ſtatuimus *per l. ſi ambo §. quotiens 2. ff. de compenſat. l. ſi mulier 21. §. hac autem actio ff. de act. rer. a-*

 *motar.*

*amotar. Donell. ad §. ſequens illi diviſio num.* 10. *Inſtit. de action. Cujac.* 13. *obſerv.* 37. *Boc. d. claſſ.* 4. *diſput.* 1. *th.* 83.

160. Gravis quoque & maximis diſputationum fluctibus exagitata eſt quæſtio, utrum CONDICTIO FURTIVA in hæredem furis in ſolidum detur, ſi ſolus, adeoq; ex aſſe hæres ſit, & pro parte hæreditaria, ſi plures ſint hæredes: An verò eatenus tantum, quatenus ex re furtivâ ad eos pervenit, locupletioresque facti ſint, hac actione teneantur? Et condictionem furtivam in hæredem, ſi unus ſit & ſolus hæres in ſolidum dari, pro partibus verò hæreditariis, in unumquemque ſi plures fuerint, verior, cõmunior, & receptior eſt ſententia.

161. Eam autem comprimis probari putamus *per l. in condictione* 9. *ff. de condict. furtiv.* ubi JCtus Ulp. apertè definivit, condictionem ex cauſa furtiva, non pro ea duntaxat parte, quæ pervenit, ſed in ſolidum dari, ſi ſoli hæredes ſumus, ſi pro parte pro ea parte, quâ hæredes ſumus. Cujus ratio manifeſtiſſima traditur *in l.* 7. *§. fin ff. eod.* quia actiones rei perſequutoriæ, adverſus hæredem furis dantur in ſolidum *l. in honorari ff. de O. & A.* Condictionem autem furtivam eſſe rei perſequutoriam apertè elucet *ex d. l.* 7. *& §. final. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. l.* 12. *C. de furt. & pluribus docuit Dn. Vicecancellarius Vultej. ad d. §. ſic. itaq; verſ. planè Inſtit. de actionib. num.* 7 8. *&* 9 quidni dabitur in ſolidum adverſus furis hæredem?

162. Supradictis addimus, quod obligatio hæc de qua *in d. l.* 7. *§. ult.* JCtus tractat, non ſit intelligenda, quatenus ad hæredem pervenit, ſed potius eatenus, quia hæres eſt; Nam alioquin inepta eſſet JCti ratio, *quia rei habet perſequutionem*. Nec enim ex hoc, quod condictio furtiva eſt rei perſequutoria inferre licebit, eam eatenus tantum in hæredem competere, quatenus locupletior factus eſt, quum aliâs ex etiam actiones, quæ perſequutionem rei non habent, adverſus hæredes dentur, in quantum ad eos pervenit, ne contra æquitatem naturalem alieno ditentur ſcelere

*l.* 1. *§.*

*l.* 1. §. *ult. ff. de eo per quem fact. erit, &c. l. ſi plures 17. §. ult. l. in hæredem 26 ff. de dol. mal l. ſicuti. 38. ff. de R.* J. *cum ſimilib.* Eamque ſententiam latius & accuratius defendendo interpretantur *Anton. Fab. libr. 4. conject.* 1. *Arum. diſputat. w. 24. theſ.* 1. *& in exercitat.* 17. *theſ. 9 Fachin. libr.* 1 *controverſ. c. 5. Bronchorſt 2. ἐναντιοφ. aſſert. 59. & centur. 4 aſſert. 39. Hænon. diſputat. 18. controverſ. 18.*

163. Multus eſt in contradicendo his omnibus *Cujac. lib. 7. obſerv.* 34. ubi tamen propter *d. l. 9. ff. de condict. furt.* id adfirmare non eſt auſus, ſed ad tempus ſibi ſubſiſtendum eſſe ſcribit. Tandem progreſſus inde, ubi ſubſtiterat, *lib. 13. obſer. ca. 33.* diſtinguendo priorem ſententiam audacius propugnavit, docens regulariter quidem condictionem furtivam non dari, niſi quatenus ad hæredē pervenerit, in ſolidum v. duobus caſibus: Uno, ſi lis cum defuncto conteſtata ſit, vel ut ipſemet adhuc addit *in paratitl. ſuis ad tit. C. ex del. ct. defunct. in quant. hæred. conven.* ſi res ſit judicata adverſus defunctum, quo caſu hæres ex aſſe tenetur in ſolidum, hæres pro parte, pro eâ tantùm parte, pro qua hæres eſt. Et eo de caſu intelligendam tradit *d. l. 9. conjunct. l 2. in fin. ff. de Prætor. ſtipulat. l. ſi hominem 7. §. 1. ff. Depoſit.* Altero ſi hæres ipſe rem furtivam contrectet *l. 7. §. ult. ff. de condict. furtiv.*

164. Quæ ſanè opinio etſi ſpecioſis admodum nitatur argumentis, fundamentum tamen non habet firmum, & ſalvo aliorū judicio, à mente legis & Ulpiani propoſito omninò abhorret, propterea, quod in mera conſiſtat conjecturâ, & *d. l. 9.* nullam litis cōteſtationis mētionē faciat, à cujus claris verbis recedere nefas nobis eſt, *arg. l. nō aliter 69. ff. de legat. 3.* Neq; etiā de ea cogitare potuit JCtus, cujus in hoc ipſo condictionē furtivā ab actionibus pœnalibus ſeparare animus fuit quod ſcilicet ſemper detur in ſolidū, hæ verò lite demū conteſtatâ. *C. ex delict. def. in quant. hæred. conv. l 87. ff. de R.* J. *l. 58. ff. de O. & A.* Et poſito, non tamen in veritatis

F 2 præju-

præjudicium conceſſo. *d.l.9.* ſecundum opinionem *Cujac.* ita intelligendam eſſe, tamen id huic noſtræ adſertioni minimè refragatur, quia & ipſum furtum ſemper pro litis conteſtatione reputetur *arg. l. 23. ff. de O. & A.*

165. Quid? an non ICtus Ulpianus *in l. 8. §. 1. & Tryphon. in l. ult. ff. de condict. furtiv.* expreſsè moram perpetuam furem in re furtiva facere videri perhibent? cui tamen hic effectus tribuitur à jure, ut obligationem debitoris, ſimul & ipſius hæredis re etiam peremtâ perpetuet *d. l. 23. l. 91. §. 3. & 4. ff. de O & A. l. 5. ff. de Reb. credit. l. 30. §. 1. ff. de injur* Et Imper. Juſtin. *in §. ult. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* etiam condictionem furtivam adverſus furem ejuſve hæredem dari conſtituit, etiamſi nō poſſideant, ex quo ſanè denuò adparet, non ſemper requiri ut aliquid ex re furtiva ad hæredem pervenerit, aut, quod abſit Juſtin. falſitatis, propter hoc ſuum effatum inſimulare nos oportebit, contra fidem *§. 3. in proœ. Inſtit. & l. 2. §. 14 & ſeq. C. de veter. jur. enucle.*

166. Alterum, quod addebat, *ſi hæres ipſe rem contrectet*, an ad fundandam ſuæ opinionis intentionem adhibere & applicare poſſit *Cujacius* prægnanter dubitamus? Cùm, quod antehac traditum eſt, pœnas ſuum unumquemque manere autorem *l. 22. C. de pœn.* Tùm quoq;, quia poſt contrectationem hæredis commiſſam dici nequit, id ad ſe ex furto patris uti verum hæredem perveniſſe *arg. l. 3. §. ex furtiva pen. ff. de pecul.* verùm ex facto adeoque delicto proprio, quia ipſemet furtum perpetraverit, ſe id lucrifeciſſe & propterea rectè in ſolidum obligatum eſſe *l. 5 ff. de condict. furtiv.* Quare incivile eſſet, hæredem ex facto alieno convenire, cum ex proprio teneatur *arg. l. toties 44. ff. de R. I.* Et hinc dupondius videret, dictam hanc illationem nullius eſſe valoris, aut momenti.

167. Quia etiam inter patrem & filium nulla, & ſic nec furti naſcatur actio *§. hi qui in parentum Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* propterea, quod regulariter lis nulla nobis eſſe poſſit cum eo

quem

quem in poteſtate habemus *l. lis nulla* 4. *& l. ſi à me fuerit* 11. *ff. de judic.* & pater & filius una eademque reputentur perſona *l. final. C. de impub. & aliis ſubſtit.* non tàm juris ratio, quàm natura impedimento eſt, quo minùs pater furti actione cum filio experiri valeat; cum nemo ſecum agere queat *l. nec cum filiofam.* 16. *& ſeq. ff. de furt.*

168. Quod ſi tamen filiusfamil. caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, aut adventitium habuerit peculium, utili eum actione à patre cōveniri poſſe, *l. ſi quis uxori* 52. *§. ſed ſi filius* 5. *ff. eod.* adfirmat. Similiter libertus, cliens & mercenarius, licet furtū faciant patrono & conductori, furti tamen actione non conveniuntur, *l. ſi libertus* 89. *ff. h. t. n.*

169. In uxorem quoque maritus *l. 1.* neque contra in maritum uxori *l. mulier* 7. *& l. Marcellus* 11. *ff. de act. rer. amotar.* ſi conſtante & durante matrimonio res amoverit, cælaverit, adſportaverit, doloque malo, & cogitatione divortij, quod poſtea inſequutum eſt, interverterit, ob honorem matrimonij & reverentiam, propter quam lex tam turpem & atrocem actionem in perſonas ita ſibi conjunctas dare erubuit *l. 2. ff. eod.* actio furti non competit, ſed rerum amotarum judicium, in quod venit non pœna, ſed duntaxat, ut res reſtituantur, dictante ita æquitate naturali & jure gentium *Weſenb. ad h. t. num.* 5. etiāſi ea ad conjugem non pervenerit. *l. ſed et ſi divortij* 19. *ff. d. t.*

170. Si noſtri temporis ſervi, ancillæ, mercenarij, miniſtri & officiales, res furto nobis abſtulerint, adverſus eos, tanquam liberos homines, quin ordinariam furti actionem ceſſare ſtatuamus, ratio juris & æquitatis non patitur, niſi fortean viliora ſint, aut leviora *l. perſpiciendum* 11. *§. 1. ff. de pœn.*

171. Si itaque domeſticorum, eorumvè, quorum fidei res ſpecialiter concreditæ ſint, uti & officialium, furta graviora fuerint, non tantum non leviori eos affici pœnâ, verùm multò magis acerbiori, adeoque capitali animadverſione vindicari debere, non

eſtringatur, quia ita ob violatam principis cuſtodiam, crimen læſæ majeſtatis committatur *l. 4. § final. ff. ad L. Iul. Majeſtat.* In aliis inferiorum carceribus non item, per ea quæ tradit *Jaſ. in §. pœnales num. 102. & 107. Inſtit de Action.*

178. Lenius puniuntur ſi per deſidiam & negligentiam cuſtodum, contra quos præſumitur, *l. fina. ff. de effract.* evalerint, & aufugerint, ſicuti & illi, qui furandi gratiâ parietem aut oſtia effregerint: Nam hi, ſi viliores ſint, in opus publicum damnari, honeſtiores verò ordine moveri & relegari ſolent *d. l. 1. & 2.* Nocturni quoque gravius affliguntur, fuſtibus enim cæſi damnãtur in metallũ: Diurni autem in opus perpetuum vel temporale dantur *d. l. 2. Farinac. in lib. de carcer. & carcerat. 1 tit. 3. quæſtion. 30. numer. 27. & ſequentib.* Conſtitutio criminalis Carolina pœnam capitalem iis decernit, ſi non tantum propter furtum faciendum commiſſa ſit effractura, ſed etiam illud ſubſequutum, propterea quod duo quodammodò delicta concurrere videantur, effractura nempe violenta, & furtum ipſum, P. H. O. *artic. 159. ibi.* Darumb in dieſem fall/ der man mit dem ſtrang/ vnnd das weib mit dem waſſer/ oder ſonſt nach gelegenheit der perſonen/ vnnd ermäſſigung deß Richters in andere wege/ mit außſtechung der Augen/ oder abhawung der handt/ oder einer anderen dergleichen ſchweren leibs ſtraff geſtrafft werden ſoll/ *& in articul. ſubſeq. 160. verſ.* wo aber der Dieb zu ſolchem Diebſtall geſtiegen/ oder gebrochen/ oder mit Waffen/ als vor ſtehet/ geſtohlen hette/ ſo hett er damit/ wie obgemelt/ das leben verwircket.

179. Expilatores *Tholoſan. lib. 37. Syntag. Iur. univerſ. cap. 9.* ſuſpendendos eſſe adfirmat *per l. 28. §. 15 ff. de pœn.* ut ita eorum adſpectu alii deterreantur ab hujuſmodi facinoribus, & ſolatio ſit cognatis & adfinibus interemtorum eodem loco pœna reddita in quo delictum perpetrâſſent. Nos nihil referre putamus, quânam recepta & uſu comprobata adficiantur pœnâ, modò ultimo in eos animadvertatur ſupplicio, & de crimine ſint convicti,

victi, vigore conſtitutionis criminalis Carolinæ P. H. O. *arti.* 126. *Gail. tract. de arreſt. Imper. cap.* 9. *num.* 12. eos dignos eſſe ſcribit omni ſuppliciorum genere, & publicâ communique ſtatuum Imperij vindictà, daß ſie durch die gemeine hülff deß Reichs verfolget unnd geſtrafft werden möchtenn. De jure tamen civili juxta qualitatem perſonæ pœna hæc modò gravior, modò lenior eſt *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* & hujus conſideratione, ſaccularij, & directarii pariter puniendi erunt *per d. l.* 1. §. 1. *Weſemb. ad h. t. in fin.*

180. Nocturnum quoque furem impunè occidere licet *l.* 4. §. 1. *ff. ad L. Aquil. c.* 3. *extr. de homic.* quod tamen *l. furem* 9. *ff. ad L. Cornel. de Sicar.* aliter explicat, de qua videndus *Cujac. lib.* 11. *obſ. cap.* 27. *& lib.* 14. *obſerv. c.* 15. Clamore videlicet adhibito, licet is ſe telo non defendat, *l. ſi pignore* 54. § *furem* 3. *ff. de furt. & d. l.* 4. §. 1. *verſ. interdiu ff ad L. Aquil. Exod.* 22. *verſ.* 2. *&* 3. & meritò, quũ non multum abſit à proditore *Godof. ad d. l* 54. §. 2. *lit. D.* idq; ex ll 12. tabb. quarum hæc ſunt verba ſequentia: *Si nox furtum faxit, & in aliquips occiſit, jure cæſus eſto. Macrob.* 1. *Saturna* 4. *interdiu verò ſi ſe telo defenderit jure cæſus eſto. Lip. in frag.* 12. *tab. li.* 14.

181. Qui tignum alicui ſubtraxerit, idque ædibus ſuis junxerit, actione de tigno juncto in duplum tenetur *l.* 1. *in pr. ff. de Tign. junct. l. adeò* 7. §. *cum in ſuo* 10. *verſ. nec tamen ff. de A. R. D. l. in rem* 23. §. *tignum ff. de R. V.* §. *cum in ſuo* 30. *Inſtit. de Rer. diviſ.* cui duplo ſimplum quoque ineſſe credimus, *per d.* §. *cum in ſuo verſ. quod ſi aliquis Inſtit. d. t.*

182 Controverſum tamen eſt, an hæc de *tigno juncto* actio adverſus bonæ fidei poſſeſſorem tignum furtivum ſuis ædibus jungentem, in duplum etiam competat? Nos adfirmativæ ſubſcribimus propterea, quod in caſu bonæ fidei ædificator, non ſatis fuerit induſtrius ad inveſtigandam rei qualitatem, ob quam negligentiam meritò puniendus eſt, & licet furti non teneatur, rem tamen vitio furti adfectam junxit *d. l. in rem* 23. §. *pen. & ult. ff. de R. V. l. gemma in fin. ff. ad exhibend.*

183. Aliud dicimus, ſi non furtivum junxerit, dum fortaſſis ſuum id eſſe, vel id ſe voluntate & veniâ, & conſenſu domini facere putaverit, tunc enim ſolius juſti pretij oblatio & ſolutio ſufficere poteſt *per l. qui res 98. §. fin. ff. de ſolut.* quia ll. 12. tabb. de hoc tigni genere actio nulla prodita eſt, *l. de eo 63. ff. de donat. int. vir. & uxor. Dom. Præcept, Godd. ad l. 62. num. 8 & 9. ff. de V.S Bronch. centur. 4. aſſert 76. Elias Robert. diſp. 7. Coron. 1. Hænop. diſput. 4. controv. n. Giſan. ad. d. §. cum in ſuo 30. pag. 118. in fin.*

184 Hæc de actionibus in furtum civiliter competentibus; reſtat, ut de furti actione criminali pauca prælibemus, eâ autem variè fur, pro qualitate delicti, conditione perſonæ, & loci conſuetudine, qui in criminale deducitur judicium plectitur, præſertim ſi de eo convictus fuerit *l. aut facta 16. §. tempus & ſeq. ff. de pæn.* Nam, qui occultè, & ſine armis, ſine effractione & adſcenſione furtum perpetrat, ex conſtitutione Juſtiniani fuſtibus cædi jubetur *Authent. ſed novo, ubi Sichard. num. 11. C. de ſerv. fugitiv.*

185. Sanctione verò Carolinâ, ſi primum ſit, nec manifeſtum ac ſimplex furtum, & ut ibidem dicitur infra florenos quinque **vnter fünff gülden** / fur in duplum rei ablatæ punitur, & ſi eam pœnam inopiâ diſtentus ſolvere non valeat, carceris coërcitionem ſuſtinere jubetur, hac tamen conditione, ut ad minimum furtum paſſo ſimplum refundat, ſolutis etiam alimentis & ſportulis, quæ carnifici exſolvendæ, cautionemque præſtet, ſe nunquam id vindictâ quâdam ulturum **P. H. O.** *artic. 157. ubi.* **nach der beſten form vmb enthaltung willen deß gemeinen fridens ewige vrphede thuen.**

186. Aliter ſancitum eſt, ſi manifeſtus fur ſit, primâque vice furtum perpetraverit, minus tamen quinque florenis, & abſque effractione & adſcenſione, quia tunc ejus pœna eſt ex dicta conſtitutione, famoſa in columna publica expoſitio, itemque caſtigatio & relegatio, præſtando ſimiliter cautionem juratoriam de non offendendo, & rem furto ablatam, ſive pretium ejuſdem reſtituen-

ſtituendo *artic. 158. dict. loc.* **daß der dieb am pranger geſtelt / mit rhuten außgehawen / deß landes verwieſen / vnnd vor allem dingen dem beſchädigten den diebſtahl oder werth dafür / ſo es in des diebes vermögen iſt / widerumb wenden / vnd ſoll zu dem allen ewige v. phe-de thun.** Si tamen ſpes de eo ſit, ſe in melius & vitam & mores reformaturum, poterit magiſtratus ipſum, ut aut quadruplum læſo reddat, cogere, aut ſi ob egeſtatem nequeat, aliquandiu carceri mancipare, adeoque ad pœnam mitiorem procedere. *d. art.*

187. Quod ſi in furto effractum ſit ferramentis oſtium, aut armis, vel ſcalis adſcenſum, & inde reſiſtens læſus vel vulneratus, ſive etiam interdiu ſive noctu id peractum, ſive primum, ſive ſecundum, itemque ſive parvum, ſive magnum, ſive manifeſtum, ſive nec manifeſtum, propter effractionem & adſcenſionem furtum periculoſum, & propter adhibita arma violentum dicitur, quare vir in furca ſuſpendi, mulier autem in aquis ſubmergi, aut pro qualitate & conditione perſonarum arbitrio judicis aliter puniri, puta gladio vel oculorum evulſione, vel manus unius amputatione, & id genus adfici aliis pœnis præcipitur. **P. H. O.** *art. 159. ibi.* **darumb in dieſem fall der mann mit dem ſtrang / daß weib mit waſſer / oder nach gelegenheit perſohnen / vnd ermäſſigung deß Richters ꝛc. geſtrafft werden ſoll.**

188. Hinc notandum monet Sichardus *in d. Authent. ſed novo C. de ſerv. fugitiv. num. 5.* quod ſi ſtatutum loquens de membris amputandis vigeat alicubi, id intelligendum ſit propriè de manibus, cui poſtea ſubnectit quæſtionem non adeò levem, *utra videlicet manus ei, qui ita condemnatus eſt, amputari debeat?* Refert Odofredum, qui eam, cum quâ deliquit amputandam eſſe conſuluit *arg. l. ſi fugitiv. C. de ſerv. fugit* vel electionem concedendum reo, ut is eligat, quâ in hoc caſu carere velit. Contra quem inſurgunt Dd. communiter, ſubnixi autoritate *d. Auth. & gloſſ.* quæ ex ea deſumta eſt, nempe imbecilliorem, vel eam, quæ minus valet, ut ſi una manus tabida altera ſana eſſet, abſcindi

ſcindi debere, cum in pœnarum interpretatione ſemper benigniores & molliores eſſe debeamus *l. pen. ff. de pœn.* Et eam ſententiam, quia æqua videatur, & fundata in regula, quæ non tantum in delictis, verùm etiam in omnibus omninò contractibus locum habeat, per quam dicimus, ſemper in obſcuris, quod minimũ eſt, ſequendum eſſe *l. ſemper in obſcuris ff. de R. I. arg. l. quos ff. de poſtulan. l. 3. §. ſi quis ff. arbor. furt. cæſar.* priori præferendam putamus.

189. Verùm quid pronunciandum, ſi unica tantummodò manus ſupereſſet ei, cui pœna iſthæc imponeretur, annè unica illa adhuc amputanda? Sic ſanè nonnulli *per l. ſi Stichum aut Pamphilum in pr. ff de ſolut.* cenſent ſtatuendum: Aſt, cum inhumanum id aliis & pluribus etiam viſum eſt, meritò huic ſententiæ calculum addere ſuum renuerunt, præſertim, quod nemo neſcius ſit, eum, qui unicam ſolum habeat manum, ſi illa ei inſuper amputaretur, graviùs multò puniri, quàm ſi ambæ adhuc ſupereſſent *arg. l. illicitas in verb. unico lumine ff. de offic. Præſid.* Atque ita pœna excederet delictum, quod jura non permittunt *arg c. an ſit deferendum 42. extra de appellat.* ſed eam eidem commenſurari volunt, *l. miles 11. §. mulier in fin. ff. ad L. Iul. de Adulter. l. Padius 4. ff. de incend. ruin. & naufr.* Atque hinc optimâ deduxere ratione, ſtatutum videlicet, vel conſuetudinem jubentem manum amputandam eſſe, accipi de eo oportere, qui neutra mutilatus eſt manu, & ita prædictam illam pœnam in aliam convertendam, quod, quia hodie ſæpiuſculè fiat, & corporalis in pecuniariã & è contra mutetur, novum non eſſe omnes haut ignorant *arg. l. non eſt novum ff de ll.*

190. Quod duobus tamen limitari debet modis: uno quod habenti manum unicam, ſi amputanda quoque eſſet illa, inibi obſervari non conveniat, ſi per delictum, vel culpam aliquam præcedentem perdidiſſet: Secundò, niſi ſententia lata eſſet, ma-

manum

num unicam reſecandam eſſe. Nam ſi Judex pronunciando ita diceret, *pronuntio Titio manum amputandam*, executio omninò in manu ea facienda eſſet, licet unam tantúm haberet *arg. l. ſi in emtione §. pen. ff de contrah. emt.* Poſtquam enim ſententia definitiva lata eſt, à judice revocari aut corrigi nequit, præſertim ſi valida, & non contra jus prolata videatur *l. 1. & tot. tit. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* quod ſecus tamen eſt in interloquutoria *l. quod juſſit ff. de re judic. Sichard. dict. loc. num. 9. & 10.*

191. Porrò in furto primo ſimplici, qui ſolidos quinque vel amplius contrectaverit, ſine effractione tamen, aut ruptione, aut adſcenſione in ædes, aut teli geſtatione, pœnâ acerbiori ob magnitudinē furti plectendus eſt. In quo I. æſtimatio rei ablatæ ante ōnia inſpicienda eſt. II. An fur deprehenſus in furto fuerit, aut inclamatus, an verò non. III. Quā grave damnum, aut periculum illatum ſit ei, cui res ſurrepta eſt. IV. Conditio perſonæ furtum facientis, attendenda erit: Et his omnibus conjunctim conſideratis pœna vel mortis, vel alia corporalis reo infligi debet, idque ex conſilió prudentum, *Vigel. in conſtit. criminal. Carol. c. 8. except. 2. P. H. O. artic. 160.*

192. Si furtum iteratò, & ſecundâ vice commiſerit, abſq; ferramentis tamen, ſcalis & armis, ſive manifeſtum, ſive nec manifeſtum fuerit, & utrumque ſit minus quinque florenis (nicht fünff gülden oder darüber werth/) fur iſte in numellis publicè ſpectandus exponi, ex provincia relegari, aut diſtrictui illi, in quo furtum admiſit, in perpetuum addici poteſt, ab eoque cautio religioſa de non offendendo exigitur: Sin verò fur quinque ſolidos exceſſerit duobus iſtis furtis, prudentum conſilio ex prædicta conſtitutione ſtabitur *P. H. O. artic. 161.*

193. Tertia autem vice, ſi quis iteraverit furtum, laqueo vitam finere, ſi maſculus ſit; fœmina verò in aquam immerſione & ſuffocatione, vel alio pœnarum genere, juxta loci conſuetudinem privari debet, *P. H. O. artic. 162.*

194. Nec prætereunda hic & illa etiam non modici valoris quæſtio, an, quemadmodum fur, pro tribus parvis furtis, ita & pro uno magno ſive enormi, quod tribus parvis magnitudine æquipolleat, ſuſpendi ſtrangulariq; debeat? Negativam veriorem eſſe innuit *d. Authent. ſed novo jure c. de ſerv. fugitiv.* cui concordat *Nov. 134. cap. ult.* ubi indiſtinctè pro primo, ſive magnum, ſive ſimplex id ſit furtum, puniri prohibetur. Nec deeſt ratio *ex l. capitalium, 28. §. ſolent ff. de pœn. & l. 3. C. de Epiſcop. audient l. ſervos 8. §. 1. C. ad L. Jul. de vi public.* petita; quæ non propter nudam magnitudinem, ſed propter frequentem iterationem delicti pœnam exaſperari mandavit; delicta quippe geminata, ſeu reiterata efficiuntur capitalia ob eorum reiterationem, quamvis per ſe non ſint capitalia, ut notat. *Angel. in l. 1. C. de ſuperexactor. Maſcard. latè de probat. volum. 2. concluſ. 838.* ita, ut talem miſericordia indignum judicârint; quare pœna in prædicto furto faceſſat, cum & ratio illius exulet, *arg. l. adigere 6. §. quamvis ff. de jur. patron. c. cum ceſſante 6. extra de apellat.*

195. Tametſi haut negandum eſt, poſſe judicem in hoc furti genere pro varietate circumſtantiarum aggravantium ad arbitrariam, & interdum capitalem progredi pœnam, vigore ſæpe citatæ conſtitutionis Carolinæ *in artic. 160. ibi* An leib oder leben *Sichard. in d. Authent. Sed novo C. de ſerv. fugitiv. Gomeſ tom. 3. variar. reſolut. cap. 5. de furt. num. 7. ibidemq; Soarez. in addit. ad lit. D. Farinac. lib. 1. prax. criminal. tit. 3. de delict. & pœn. quæſt. 23. num. 3. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. furtum num. 9. Fachin. lib. 9 controverſ. cap 91. Boc. d. Cla. 4. diſputat. 1. theſ. 97. Hakelm diſputat. illuſt. 23. theſ. 10. ad lit. A. Hænon. diſput. 19. controverſ. 8. Gilhauſen in arbor. judic. criminal. cap. 2. tit. 27. num. 27. & 28.*

196. Nec multum à priori recedit, & hic ſæpius ventilata quæſtio, quid ſtatuendum, ſi ad furtum prius punitum, aut indulgentiâ, & gratiâ principis remiſſum ſolummodò; adeoq; nullâ pœnâ notatum, acceſſerit ſecundum, vel tertium; nunquid mortis re-

tis reum talem pronunciabimus? Multi licet multifariam concludant, nos æquitatis normam ſequentes non aliter cũ morte hoc furtum expiare oportere, quam ſi ad minimum ſemel, primitùs condemnatus, pœnaq; aliqua adfectus fuerit; adſerimus, *per d. l. capitalium 28. §. ſolent ff. de pœn. c. cum non ab homine 10. extr. de judic. c. grave nimis 29. extra de præbend. & dignitat. Authent ſi quis ei C. ad L. Jul. de Adulter. Nov. 17. cap. 15. Nov. 131. cap. 7. & utrobiq; Dd. communiter.* Eamq; defendunt nobiſcum *Anton. Gomeſ. tom. 3. variar. reſolut. c. 5. de furt. num. 9. Covarruv. lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. num. 2. Clar. lib. 5. ſentent. §. furtum num. 12. & ſeq. Sichard. di. loc. num ult. Treutler. volum 2. diſput. 30. theſ. 3. ad lit. F. Boniſac. 10. tract. de furt. §. 12. num. 39.*

197. Neq; inconveniens illa quoq; habetur: utrum fur de jure alibi puniri poſſit, quam in loco delicti, ſi reperiatur cum rebus ſubtractis, an verò ad locum delicti, cum elogio captivi, quod vrgicht communiter adpellatum eſt, remittendus ſit? Et remiſſioni locum dandum non eſſe, tàm vetuſtiores JCti inter quos turmas ducit *Bar. in l. ſi dominiũ 47. ff. de furt. & in l. ſi abducta 10. C. eod.* quàm neoterici, inter quos *Sichardus d. Authent ſed novo jure in fin. C. de ſervit. fugit. Boer. deciſ. 13. num. 4. Ludovic. à Peguer. deciſ. criminal. 28. num. 4. aliiq; plures.* cujus tamen contrarium cum aliis, non minus & juris ſcientia & autoritate claris JCtis probatum ſit, id etiam verius judicamus, ita ſuffragante *l. ſi cui 7. §. ult. ff. de Accuſat. Nov. 134. c. 5.*

198 Nec enim dicendum eſt, ex aſſiduâ aliquâ contrectatione rei furtivæ novam naſci actionem, *per l. ei qui furti 9. ff. de furt.* neq; novum furtum *l. inficiando 67. ff. eod.* ut ita ex eo, quaſi novum furtum factum ſit in illo loco, ad quem ſeſe cum rebus contrectatis recepit: unicum ſiquidem manet furtum, quod etiam alibi commiſit, idcirco id ſolum ſpectandum eſt, ut puniatur, eaq; ſententia placuit *Salyceto in l. ſive manifeſtus 10. §. 1. ff. de condict. furtiv. & in d. l. ſi abducta 10. C. de furt. Farinac. in titul. de inquiſit.*

*quæſt.*

*quæſt. 7. num. 7. & Covarruv. lib. 2. variar. reſolut. cap. 20. num. 15. in fin.* *Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. final quæſt. 38. num. 16. verſ ſed ego certò.* Ubi prolixum refert catalogũ eorũ, qui hanc opinionẽ veriorẽ & æquiorem & magis communẽ eſſe autumant, eoſq; noviter ſequuntur *Boniſ. in tract. de furt. § contrectatio num. 18. & 29. & ſeq. Hænon. diſput. 18. controverſ. 5. Gilhauſ. in arbor. judic. criminal. cap. 2. tit. 27. num. 24. Fachin. lib 9. controverſ cap. 19.*

199. Ex recepta tamen hodierna conſuetudine Germaniæ captivus in alieno territorio deprehenſus nõ remittitur ad locum perpetrati delicti, ſed in loco captivitatis forum & judicium ſortitur, ibidemq; judicium ſubire compellitur *arg l. 1. verſ. vel ubi repertuntur C. ubi de crimin. agi oport. Jul. Clar. dict. quæſt. 38. n. 20. Et, ut Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 16. num. 30.* obſervavit, hat die vberſchickung der gefangenen nicht ſtatt: quanquam plerumque in Germania & aliis provinciis, in atrocioribus delictis propter exemplum ad locum delicti precariò & jure amicitiæ & vicinitatis, atq; benivolentiæ fieri remiſſio ſoleat, ſive ſub antigrapho, ſive literis reverſalibus (ut vocant) ipſius magiſtratus, aut Domini remiſſionem petentis, quod videlicet hujuſmodi remiſſio, remittentis juriſdictioni nõ ſit futura nocumento, ſed ſine præjudicio, auff einen Reverß oder gegenb. kandtnuß, *Dn. Matth. Steph. libr. 1. de juriſd. cap. 30. num. 17.*

200. Furtum ex conſtitutione criminali Carolina capitale, & ordinariè vitæ naturalis ademtione plectendum eſſe ex hiſce pluſquam manifeſtum imò lippis & tonſoribus jam notum eſt, atq; ut affirmari diciq; poteſt principiò ex ſanctione Imperatoris Friderici primi, *in lib. 2. Feudor. tit 27. §. ſi quis quinq,* deſignata, quâ fur, ſi quinque ſolidos furatus eſſet, ſuſpendi, ſin minus ſcopis & forcipe excoriari atque tundi præcipitur, origo illius pœnæ deducta, & ita deinceps promulgata eſt, *Dn. Boc. dict. claſſ 4. diſpu. 1. theſ 92.*

201. Verùm an ea juſta ſit, & delicto conveniens, an verò juri æqui-

æquitatiq́ue contraria, non immeritò, tàm propter autoritatem divini quàm ipſius etiam civilis & prætorii, quidam dubitavêre? Nos autem Beati Auguſtini dictum, noſtrum videlicet non eſſe leges condere, ſed conditis parere, nec de legibus, ſed ſecundum eas judicandum eſſe, oraculi inſtar habentes, eandem hodiè rectè nec absq́ue ratione, nec ſine exemplo in fures exerceri, validiſſimis ſuffulti rationibus adfirmamus.

202, I. Etenim, ſi verum ſit, quod Ictus Paulus *in l. 3. pr. ff. de off. præfect. vigil.* & ipſemet Iuſtin. Imperator *in nov. 89. Epilog.* eleganter ſcriptum reliquerunt, nulli ſalutem Reipubl: quæ ſuprema lex eſt, tueri, magis convenire, nec alium ſufficere ei rei, quàm Cæſarem, certè ea adhibenda erunt media, ſine quibus ad id deviniri non poteſt: Sunt autem illa, docente Ulp *in l. 1. ff. de* J. *&* J. metus ſcilicet pœnarum, & adhortatio præmiorum, *& in c. 1. diſtinct. 4.* Quod ſi itaq; pœna uni atq; alteri delicto, præſertim ſi ejus iteratio nimium frequens futura & jam peracta ſit, non ſufficiat, quis negabit ad majorem & duriorem ipſi aditum patêre, & ubi opus eſt, exemplum ſtatuere, licere? *l. aut facta 16. §. ult. ff. ff. de pœ.*

203. II. Et quid magis iniquum & abſurdum, quàm ob parentum culpam inſontes puniri liberos? & tamẽ hoc æquiſſimum & omnium civitatum ſtatutum eſt *l. quiſquis 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majeſtat.* Si licitum uſuras compenſatorias certo reſpectu, certâq; permittere moderatione *l. conſtitut. 20. C. de uſur. tot. tit. de nautic. fœnor.* hæreticos vitâ non privare *l. cuncti & ſeqq. C. de hæret. & Manich.* & fornicatorem ad ducendam ſtupratam non cogere *per cap. 22. Deut: verſ. 14.* quid quæſo obſtabit, quò minus eidem licitum eſſe dicamus, gravibus de cauſis pœnam furti non capitalem in capitalem commutare? de ſimilibus enim idem eſt judicium; ſic igitur in hoc crimine, & quidem tam enormi ac frequenti, arctior & conſtrictior non debet eſſe poteſtas magiſtratus ſuperioris, quàm in præcedentibus cauſis, quia in veteri etiam

H teſta-

teſtamento, non adeò exactè ſecundum literam legis in eo judicatum fuerit, licet non contra ſenſum, ita, ut ſeptuplum reddere cogebantur.

204. III. Nemo etiam ſubditorũ dubitare debet, ſummum Imperatorem juſtas & æquas, imò graviſſimas non habuiſſe latæ hujus legis cauſas & rationes, quas, quia magna videatur pœna, maximas etiam habuiſſe omninò præſumendum eſt *arg. l. 2. ff. de conſti. princip.* & illæ, licet nos ſæpè lateant, *l. 20 ff. de ll.* tamen pro legitimis & æquis habendæ ſunt *l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manumiſſ. liberi non fiunt, &c.* cum lex magiſtratus habeatur pro lege à DEO tradita, *l. 2. ff. de ll.* quam etiam propterea adorari voluit Juſtin. *in l. 2. §. 19. C. de veter. jur. enucleand. l. 2. ff. de J. & J.* & ab ipſo DEO magiſtratui, qui ipſius miniſter eſt, nec fruſtra gladium gerit, ſed ad vindictam eorum, qui malè egerint, ejusq; præceptis obtemperare jubemur *Rom. 13.*

205. IV. Quibus ſi addamus frequentiam furtorum iſtis deterrimis ac noviſſimis temporibus, quis non adfirmandum cenſebit, creſcente hoc delicto, pœnas quoque exaſperandas, & tantas, quibus coërceri queat ponendas, adeoq; duro, quod dici ſolet, nodo durum etiam cuneum adhibendum eſſe, *Dn. Cõthm. lib. ſingul. reſponſ. jur. conſ. 50 num. 51. & ſeqq.* præſertim, quia videãt, dudum uſurpatam illam *dupli* nempe & *quadrupli* pœnam nullius eſſe efficaciæ, nulliusq; amplius momenti, & ſervitute laboribusque perpetuis punitos fures ne quicquam id curare, & interdum pejores audacioresq; exinde evadere. Tandem igitur ad aliud, quod ſervitutibus hiſce gravius eſſet, confugiendum erat ſupplicii genus, quod autem ſervitutem præponderaret nullum inventum eſt aliud, nullum etiam reſtabat, quàm capitale illud, quo hodie utimur, ſupplicium.

206. V. Nec noſtram impugnat ſententiam; quod furum defenſores, præceptum de exacerbatione pœnarum politicum & humanum eſſe regerant:. quin imò ipſis reponimus negantes, id pro-

id propterea, quia politicum eſt, ideò non fundari in natura & recta ratione: nam ſi hoc probaverint, ultrò fatebimur, non legem ſed corruptelam eſſe, non magiſtratum ſed latronem id conſtituiſſe *l. 2. & arg. l. & ideò vers. aut conſtitutione 11. ff. ll* Et eo poſito atque conceſſo, nec jus ſtrictum, quod tamen ſub generali definitione juris *in l. 1. ff de* J. & J. tradita, continetur, jus, ſed injuſtum quid, dicendum eſſet, contra *l perſpiciendum* 11. *in pr ff. de pœnis & l. proſpexit* 12. *§. 1. ff qui & à quib. manumiſſ. liber. &c. & infinitas alias*; neque continuò, ſi prætor æquitatis ratione motus aliquid faciat, jus civile iniquum evadit *arg. pr. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. l. 84. ff. de adquir. vel omittend. hæred.*

207. VI. Sic quoque hæc pœna admiſſa non tollit neque corrigit Jus divinum, & civile aut prætorium, ſed ſimul cum eo, eandem jubet & decernit; non, quod augmentis pœnarum gaudeat, ut dicitur *in l. ult. pr. C. de Epiſcop. & Cleric.* ſed quod huic nimirum jam graſſanti delicto obviam ire cupiat *arg. l. 16. §. ult. ff. de pœn. l. 183. ff. de R.* J. enſe reſecando malum, quod aliter, & ne ſic quidem vix corrigi queat, emendari non poterit *arg. l 7. C. ad L. Fab. de plag.* ſubordinatur quidem reliquis pœnarum generibus, & ipſis juribus, non tamen contrariatur.

208. VII. Naturale idcircò hoc præceptum politicum de furibus ſuſpendendis mandatum, & ipſi delicto cōveniens, rectæq; rationi conſentaneum eſſe ſatis hinc inde adparet. Nam ſi mitioribus pœnis compeſci nequeant, ipſa dictitat juſtitia & prudentia, ut eos, qui nullo honeſtatis amore, nulloq; turpitudinis timore intra repagula virtutis contineri queant, quin pleno erumpant niſu, omnesq; intendant nervos, ut res alienâ induſtriâ partas ſibi proprias faciant, in eos exaggeretur potius pœna, quàm pereat Reſpublica.

109. IIX. Et hinc non immeritò miramur crudum iſtud & irrationabile pronuntiatum; *fiat juſtitia, & furto pereat tot us mundus*; cum juſtitiæ ſumma & unica Lex ſit ſalus Reipublicæ,

uti dictum ante, & melius ut pereat unus, quàm ut pereat unitas, referebat B. Auguſtinus, & ne in periculum conjiciatur tranquillitas Reipubl. ejuſq; incolumitas periclitetur, vix aliud ipſa æquitas poſtulare videtur, quàm ut fures, per quos ipſa ut plurimùm contemnitur, & ſi non directè, attamen obliquè ſaltem, quatenus ſemper reſiſtendi & occidendi habeant animum, dum in furto deprehenſi capiuntur, & alios auferendo bona ſua in extremũ exitium infortuniumque deducant, turbatur & læditur: Suſpendantur igitur fures, & diſputent alii in infinitum.

210. IX. Leve eſt, quod tantoperè urgent, inſtituendam nempe proportionem inter pœnam & ipſum delictum, benè ſeſe res habet, inſtitui & nos volumus, eamque collimamus, ait *D. Arum. in diſp. π. 24. theſ. 6. in fin.* Nam ut ſilentio prætereamus, quantis laboribus, & quàm multis caſibus patrimonium & facultates quærantur, acquiranturve *l. 10. C. arbitr. tutel.* ut non ſine ratione alter ſanguis hominis dicantur: ſufficit etiam, quòd crimen hoc ſæpius iterent, & iterando authoritatem Principis eludant, quod per ſe ſolum inſigni aliquâ & notabili pœnâ dignum eſt, *l. 9. ff. de Iuriſd. & arg. l. 5. ff. de I. & I.*

211. X. Cui tanquam firmiſſimum adſertionis ſubſternimus fundamentum, quod omnes leges ſcire debeant *l. 7. ff. pro emtor.* ita; ut iiſdem vel obſequantur & obediant, vel pœnis ſemet ſubjiciant *l. 7. ff. de ll.* & ita ignorantiam obtendere non poſſint. *l. 2. & ſeqq. ff. de Iur. & fact. ignor.* Quocirca cum pœnâ hac præfixâ ne ſic quidem à furto vetito abſtineant, ſuâ ſe ſponte, propriâq; voluntate & propoſito cruci ſubdunt, *l. 34 ff. de Iur. fiſc.* & non habent, de quo queri poſſunt, quum volenti, ſicuti aliàs generale effatũ eſt, nulla inferatur injuria *l. 9. §. 1. ff de aq. & pluv. arcẽd. l. 1. §. 5. ff. de injur. l. 145. ff. de R. I. c. ſcienti & conſentienti 27. de R. I. in 6 l. 24. §. 9. ff. de Ædilit. edict.* His paucis contenti rationibus, plures deſiderantem, *ad Mart. Chemnit. part. 3. loc. comm. in explicat. 7. precept. Meiſn. in Philoſ. ſobr. ſect. 2. quæſt. 3. Borcholt. de pact.*

*de pact. c. 2. num. 14. Harprecht ad §. 5. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. Menoch. 2. arbitr. judic. quæſt. caſ. 295. num. 13. Daniel. Moll. 1. Semeſt, c. 37.* Weſenb. *in paratit. ff. de furt. num. 15. in fin. Hænon. diſput. 18. controv. 7.* amandamus.

212. Quibus ita poſitis, ſuccedit non tàm controverſa, quàm gravis & periculi plena quæſtio, utrum fur, quia nonnunquam ita contigiſſe, perceperimus, qui rupto laqueo de patibulo vivus in terram ceciderit, jure deinceps nihilominus ſuſpendi poſſit & debeat? Quoniam autem in jure noſtro deciſa non reperitur, opinionibus, probabilibus tamen, interpretum, qui eum, ſi de innocentia ſua proteſtatus, denuò ſe in carcerem conjici petat, & novas probationes, quæ etiam in cauſa criminali *teſte* Weſemb. *in parat. ff. de probat. num.* [illegible] poſt latam ſententiam recipiuntur, ad eam demonſtrandam adducturum ſe promittat, eo præſtito abſolvendum *propter l. ſemper in dubiis ff. de R. I. l. ea quæ & l. abſentem ff. de pæn.* Sin verò de malitia ejus & perverſitate omnibus conſtet, è veſtigiò iterum ſuſpendendum concludunt, ſtandum exiſtimamus.

213. Eam autem præcipuè ob rationem, quod exequutio ſententiæ ſecundum formam promulgatam; daß er mit dem ſtrang vom leben zum todt ſoll hingerichtet werden/ facienda ſit, & realiter ſtrictèq; effectum ſuum ſortiri, *arg l. ſervus* 10. *& l. ſi operis* 14. *C. de pæ. l* 1. *cum ibi notatis l. acta* 45. *§.* 1. *& l. judex* 55. *ff. de re judi.* neq; accidens hoc caſu laquei vitium, tenori ſententiæ quicquam præjudicare debeat: imò multò magis, quod expediat Reipubl. ne delicta maneant impunita *l.* 11. *§.* 2. *verſ. quod ſi quis ff. ad L. Aqui.* & nulla pinguior victima DEO mactari poſſit, quàm homo ſceleratus, *ut ex Senec. refert Paul. de Caſtrenſ. in l.* 3 *C. de Epiſcop. audient. Vide D. Arum. d. diſp.* 24. *th.* 7. *Iul. Clar. lib.* 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 98. *num* 19. *Hakelm. diſp.* 23. *th.* 9. *lit. D. Niell. diſput. Feud.* 11. *theſ.* 2. *lit. D. dom. Paul. Berens diſſert. Academ. diſputat.* 13. *th.* 11.

214. Illud quoque hic non omninò prætereundum putamus, an ultimo ſupplicio damnatus liberari queat per puellam ipſum in matrimonium petentem? Quæ quidem controverſia licet jucunda, & ſuo reſpectu grata, ob perſpicuam tamen rationem, quâ ob maleficia pœnâs ſolvi æquum judicatur *l. ſi à reo 70. §. ult. ff. de Fidejuſſ. l. locatio 9. §. quod illicitè ff. de public. & vectigal. & commiſſ. d. l. 3. C. de Epiſc. audient.* & provinciam malis hominibus purgandam eſſe ut in quiete permaneat *l. congruit 13 ff. de offi. præſi. l. 2 C. quand. lic. unic. ſine judic. ſe vindic.* item, ſolius Principis eſſe pœnam remittere *l. Divi 17. in pr. ff de pœn.* aliaſque rationes plures, non tàm ſimpliciter negandum, quàm ſub diſtinctione notoriæ innocentiæ, quam malivolentiç incorrigibilis adfirmandum duximus *per l. favorabiliores 125. ff. de R. I.*

215. Hæc de furto delibâſſe ſufficiant, utpotè primâ privati delicti ſpeciei; ſequitur alterum, quod ab eo non longè diſſidere videatur; nempe VIS BONORUM RAPTORUM, idque aptè magis RAPINA, aliâs etiam furtum improbius *l. 2. §. etiam ff. vi bon. rapt. l. item ſi. 14. §. quoniam ff quod metu cauſ.* ſive atrocius *l. 1 ff. de effractionib. & expilat. l. 80. §. cum raptor ff. de furt.* adpellatur, definiturque; Delictum jure prætorio privatum quo quis alicui invito ſeu ei, cujus intereſt, rem mobilem, per vim doloſam & violentam lucrifaciendi causâ rapit *l. 1. l. 2. §. cæterum & §. ſi in re depoſita ff. de vi bon. raptor. l. ſi vendidero 8. §. cæterum cujus dolo ff. de furt. §. pen. & ult. Inſtit. vi bon. rapt. l. in duobus 28. §. ſi quis paraverit 5. ff. de Iurejur.*

216. Differt tamen à priori in multis, ut ecce in furto metus quidam eſt, & ſi ita adpellari liceret, verecundia quædam furis adparens; in rapina verò ſumma raptoris impudentia, dùm id quòd ſine vi facere non poteſt, vi adhibitâ perficiat. Porrò furti pœnâ interdum eſt dupli, interdum quadrupli, rapina ſemper tripli: Furti actio ſolam pœnam perſequitur, ita, ut in duplo vel quadruplo non inſit res furto ablata: rapina ſimul & pœnam & rem: Furti a-

ti actio interdum civilis, interdum prætoria: rapinæ ſemper eſt Prætoria: furti denique actio perpetua; rapinæ annua, & raptor tenetur præter actionem rapinæ etiam ſimpli, fur verò ſimplex viciſſim actione rapinæ non tenetur, ob has igitur & alias differentias Prætores furtum à rapina diſtinguendum cenſuerunt: *Ampliſſ Vicecancell. Vult. ad pr. Inſtit. h. t. n.*

217. Sunt autem ſecundum *gloſſ. ordinar. in l. extat 13 ff. & in l. 1. C. & in c. ad audientiam 4. extr. de ijs quæ vi met. cauſ.* vis genera quinque I. *Compulſiva*, cujus mentio fit *in l. 1 ff. quod met. cauſ.* quando ſcilicet quis per metum cadentem etiam in conſtantiſſimum quenque aliquid dare vel facere compellitur. II. *Turbativa*, quæ accidit, quando duo pluresve eiuſdē rei poſſeſſores ſe eſſe contendunt §. 4. *Inſtit. de interdict. & tot. tit. ff. uti poſſi.* III. *Inquietativa*, quando aliquis, qui poſſeſſor non eſt, neque etiam ſe poſſeſſorem eſſe prætendit, nihilominùs tamē vi, aut clàm, quiete poſſidentem inquietare non deſinit, quo caſu interdictum quòd vi aut clàm competit *tot. tit. ff uti poſſidet. & tot. tit. ff quod vi aut clàm.* IV. *Eſt Expulſiva*, proprieq; ad res immobiles vel ſoli, cum ex poſſeſſione fundi vel ędium vi expellitur aliquis, pertinēs, cujus nomine interdictum quòd vi proditū eſt, *§. 6 Inſt. de interd. tot. tit. ff. unde vi.* V. Eſt *ablativa*, quæ circa res mobiles committitur, quando per vim alicui res mobilis aufertur, de qua hic in titulo noſtro tractatur. *tot. titul. ff. & C. & Inſtitut. de vi bonor. raptor.*

218. Contingit rapina dupliciter, nempe circa perſonas, & proprijſſimè RAPTUS, quo ſtuprum vi infertur virgini aut viduæ cujuſcunq; conditionis, nuncupatur, *de quo agit. tit. 13. lib. 9. & l. 5. C. de Epiſcop. & Cleric.* atque ita Rubrica non in genere de vi ſeu rapina, ſed ſpecialiter de vi bonorum raptorum, & rectiùs concepta eſt. Vel circa res, easque aut Eccleſiaſticas, unde Sacrilegium, cujus pœna de jure communi regulariter capi-

capitalis eſt *l. ſacrilegii 6. ff. ad L. Jul. peculat. §. item lex Julia peculatus 9. Inſtit. de public. judic.* nominatur. Vel profanas, de quibus competit titulus noſter.

219. Vim hic intelligimus eam, cui dolus ineſt malus, idq; ſpeciale eſt, in hoc delicti genere, quia aliâs vis poteſt eſſe ſine dolo *l. 3. §. 2. in ff. ne quis eum qui in jus vocat. vi exim. l. 2. §. 9. ff. vi bon. rapt.* Nam qui vim facit, dolo malo facit; non tamen qui dolo malo, utiq; & vi facit *l. 2. §. 8. ff. eod.* Ideoq; à quo dolus abeſt, hac actione convenire non poteſt, quum Prætoris edictum, cujus verba relata extant *in l. 2. ff. d. t.* expreſsè dolum requirat.

220. Dolo autem malo non ſolum is facere dicitur, qui rapit, ſed & qui præcedente conſilio, ad hoc ipſum colligit & convocat homines armatos, aut damnum inferat, bonaq; diripiat *d. l. 2. §. 2.* Ex quibus innui videtur ſolum conatum etiã in raptore ejuſmodi punibilem eſſe; *Dn. Gothofred. ad d. l. §. 2. lit. K.* verbum enim rapere non ſolum verificatur, quo ad factum, ſed etiam quo ad animum *Schneidew. ad h. t. n. in Inſtit. pr. num* 10. ſive igitur ipſe cogat homines, ſive ab alio coactis utatur ad rapiendum dolo malo facere videtur *d. l. 2. §. 3. & 12. l. 4. §. 6. ff. h. t. n.*

221. Et ut furtum aliud manifeſtum eſt, aliud nec manifeſtum, ſic quoque & rapina dicitur alia manifeſta, alia nec manifeſta, *l. ſi vendidero 50. §. cum raptor & l. ſi quis uxori 52. §. ult. ff. de furt.* Ex rapina manifeſta, utpote, quæ fit palam reſiſtenti, præſenti vel reclamanti, etiam furti manifeſti agere poteſt, quemadmodum & de non manifeſta, furti quoque nec manifeſti *per ll citat. Cujac. lib. 12 quæſt. Papin. pag. 330. & ſeq. Hottom. & Dn. Vicecancellar. Vult. num. 10. Inſtit. pr. vi bon. raptor.*

222. Rapiuntur res alienæ *l. 2. §. 11. h. t. n. & pr. Inſtit. eod* res locatæ, commodatæ, pignoratæ, depoſitæ *§. 1. Inſtit. & l. 2. §. 2. ff. d. t.* obligatæ alicui *l. 2. §. 18. ff. hic & l. 3. C. eod* item communes, ſi ſocius invito ſocio per vim utatur illa re ad alium uſum, quam deſtinata fuit *ſecund. gloſſ. 1. hic per text. in l. ſocius 45. ff. de furt.*

mobi-

mobiles *l. 2. h. t. l. 1. §. 32. l. 14. in fin. ff. de vi & vi armat.* non immobiles, quia hæ non rapi, ſed invadi propriè dicuntur, neque in iis hæc actio, ſed interdictum unde vi, vel actio in duplum, *ex conſtit. L. ſi quis in tantam C. und. vi* competit.

223. Etiam res propriæ *d. l. 2. §. 18. h. t. ff. & §. 1. Inſtit. eod.* idq; ex noviſſimis Principum conſtitutionibus: Etenim licet rapiens per vim res ſuas penes alium conſtitutas, vel errore perſuaſus ſuas eſſe putans, actione vi bonorum raptorum, propter abſentem & ceſſantem dolum non teneatur: Attamen ne per hæc via aperiatur raptorum avaritiæ, dum quilibet ſe in eâ opinione fuiſſe, rem eſſe ſuam, vel licere ſibi, quoniam res ad ſe ſpectaret, prætendere poſſet, & quò magis homines ab omni rapina abſtineant, Imperatores rati ſunt id mali exempli eſſe; conſtituerunt proinde, ut violenter auferens res ſuas mobiles penes alium exiſtentes, & invadens violenter poſſeſſionem rei ſuæ immobilis, apud alium conſtitutam, compellatur reſtituere ei, à quo per vim rapuit, & ſi rapiens aut invadens eſt dominus, dominium rei iſtius amittat: Sin verò non, ſed rem alienam abſtulit aut invaſit violenter, etiamſi exiſtimat eſſe ſuam, teneatur non ſolum ad eandem rem reſtituendam, ſed etiam æſtimationem vim paſſo reſtituere compellatur *per tex. in §. ita tamen 2. Inſt. h. t. n. & in d. l. ſi quis in tantam C. und. vi l. extat. ff. quod met. cauſ.*

224. Naſcitur etiam ex hoc delicto actio vi bonorum raptorum Prætoria, competens omnibus, quorum intereſt, rem raptam non eſſe *§. final. Inſt. h. t. l. 2 §. in hac actione 22. ff. eod.* Eſtq; intra annum, utilem ſcilicet, in quadruplum *per pr. Inſt. d. t. d. l. 2. §. 13. l. Prætor ait 4 § idcirco illud ff. & l. 2. cum trib. ſeqq. C. eod.* Poſt annum verò in ſimplum, reiq; perſequutio quadruplo ineſt. *D. Boc. d. claſſ. 4. diſp. 1. theſ. 103. & Harprech. d. diſput. 16. th. 19.* ita ut triplũ tantum pœnâ ſit, *pr. Inſt h. t. n.*

225. Quapropter conductori, commodatario, creditori, bonæ fidei poſſeſſori, exemplo actionis furti, & fructuario cæteriſq;

omnibus, quorum intereſt, rem per vim non eſſe ablatam, actio illa datur: Licet enim hi domini non ſint, attamen intereſt eorũ, rem non eſſe amiſſam propter actiones, quibus ipſi conveniri poſſunt ab his à quibus habent cauſam. *Dn. Vicecancell. Vultei. d. loc num.* 10.

226. Et cum varias penè deſperabundi quidam excogitaverint conciliandi rationes, quî fiat, quod raptor mitius nempe triplum tantum ſolvendo pœnæ nomine puniatur, cum tamen fur ſolvat vel quadruplum, vel duplum, & nihilominus ridiculum eſſe dicatur, ut levioris conditionis ſit is, qui vi rapuit, quam qui clã furatur, nos ob rationes eas, quas ſtudiosè admodum & diligenter congeſſerunt, *Dn. Vicecancell Vultei. d. loc. num.* 13. *Dn. Arum. diſp. ϖ. 24. theſ. 9. Giſan. ad pr. Inſtit. h. t. n. & Elias Rober. diſp. 19. theſ. ult.* quas approbando ſequimur, rapinæ mitiorem pœnã præſtitutam eſſe negamus.

227. Mirum etiam videri poſſet alicui, quur Prætor propriam actionem, videlicet vi bonorum raptorum, rapinæ nominæ introduxerit, cum ſufficere poſſet actio furti? Et ideo hoc factum arbitramur, ut vis, quæ maximè juri contraria & exoſa ėſt, coërceatur, vel ut innoteſcat, prætorem curam agere reprimendæ improbitatis *l. 3. §. 1 ff. naut. caup. ſtabul.* vel, quia ea, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, habentur quaſi neglecta *l. 15. §. ait Prætor 25. ff de injur.*

228. Datur contra eum, qui dolo malo rem rapuit alienam, non autem adverſus ſucceſſores ejus, quia reſpectu rei pœnalis eſt, *l. 2. § dolo a & §. hac actione 15. §. vi bonorum raptor. 9 ff. h. t. n.* Hæredi tamen & reliquis ſucceſſoribus, propterea quia rei perſequutionem contineat, competit *d. l. §. ult. ff. eod. & §. 1. Inſtit. de perpet. & tempor. action.*

229. Condictione quoque & rei vindicatione ipſarum rerum raptarum nomine *d. l. 2. §. pen. in fin. ff. vi bon. rapt.* & omiſſã

civi-

civili actione, extra ordinem criminaliter contra raptorem experiri & agere actor poteſt, *l. ult ff. de priv. delict.*

230. Cum in libello quantitas rerum ſubtractarum, ſicut in actione furti exprimi debeat, ut condemnatio fieri in quadruplũ poſſit, dubium occurrit, quid faciendum, quando reus negat, ſe tot res, & tanti valoris rapuiſſe, ut ad probationem qualitatis, valoris & quantitatis rerum amiſſarum deveniatur? Reſpondendũ eſt cum *Schneid. in §. vi bonor. raptor. 19. num. 17. Inſtit. de Action.* probatâ prius violentiâ, propter difficultatem probationum, ſtandum eſſe juramento actoris, modò veriſimilia alleget, attentâ quoque ipſius perſonæ qualitate & conditione, & tum demum in quantitatem rerum raptarum & valoris faciendam condemnationem, *per text. ord. in l. ſi quando 9. C. und. vi. c. final. extr. de his, quæ vi met. cauſ.* Atque hæc de furto & rapina.

## CORONIDES.

*I. Utrum in crucem agendus nihilominus res furto ſubtractas, vel earum æſtimationem, cum eo quòd intereſt ejus, cujus ablatæ ſunt, reſtituere teneatur? dubitationem habet non exiguam, nos eum propter* l. 54 §. cum furti. 3. ff. de furt. *omninò teneri defendemus.*

*II. Conſuetudinem, quam aliquibus in locis obtinere videmus, quâ bona furto ſubtracta judici relinquuntur, aut in fiſcum rediguntur, nec ei, qui furtum paſſus eſt, reſtituuntur, nulli dubitamus à jure ſcripto & æquitate naturali planè eſſe alienam.*

*III. Furi, qui ad ſublevandam extremam & urgentem famis neceſſitatem, edulia contrectavit, veniam & impunitatem eſſe concedendam, ita tamen, ut ad pinguiorem fortunam reverſus pretium eorum domino refundat, arbitramur.*

*IV. An receptator pari cum fure pœnâ adficiendus? ſi opem non tulerit, neq; conſilium dederit, pernegamus.*

*V. Cum bonis Medicis Reſpub. carere, & perfecta Medicinæ cognitio abſq; Anatomicis diſſectionibus comparari nequeat, rectè bonâq; conſcientiâ pium magiſtratum cadavera ſuſpenſorum ad Anatomiam concedere, exiſtimamus.*

*VI. Herophili tamen & Eraſiſtrati morem qui damnatos ad ſupplicium, è carcere à regibus acceptos vivos incidebant, conſideraturi etiam ſpiritu vitali remanente, quæ natura clauſiſſet, tanquam crudelem & horrendum meritò deteſtamur.*

*VII. An actio vi bonorum raptorum pro re minima detur, ſicuti actio furti? & quia non ex quantitate rei ſubtractæ, ſed ex animo fraudulento & doloſo rapina æſtimetur, & ſine eodem nunquam committatur, ajentium ſententiæ voti noſtri teſſeram addere placet.*

*VIII. An ruſticus, mulier, miles, hiſq; ſimiles perſonæ, pœnæ* l. 7. C. und. vi. *etiam ſubjiciendi ſint, ſi ex imperitiâ quadam & ignorantiâ, rem ſuam apud alium conſtitutam per vim abſtulerit, quæſtionis eſt non adeò expeditæ? Negativæ conſentiendo concludimus.*

EXER-

I. N. D. N. J. C. A.

# EXERCITATIONIS ACADEMICÆ, DE PRIVATIS DELICTIS

## Actus Secundus

## DE LEGE AQUILIA ET INJURIIS.

### Theſis Prima.

PROPOSITIS duabus privati delicti ſpeciebus, ſuccedit ordine tertium, quod damnum ab ademtione patrimonii autore JCto Paulo *in l. 3 ff. de damn infect.* adpellatum, modò generaliter & largè, pro quacunque deterioratione patrimonii accipitur, ambituq; ſuo furtum & rapinam ſimul, quia non minus raptor & fur atq; alii rebus noſtris contrectando eaſdem, damnum inferre dicuntur *Schneidew. ad p. h. t. n. n. 3.* Atque hac etiam adpellatione veniunt impenſæ, quas qui facit, is alterius occaſione patrimonium, itemq; rem ſuam diminuit, *Dn. Gothofred. in not. ibid. Treutl volum. 1. diſput. 18. theſ. 1. lit. b.*

2. Modò ſpecialiter & ſtrictè pro corruptione rei, *ſecundum gloſ. in l. qui occidit 30 §. in hac, in verb. feciſſe in ff. h. t.* qua conſideratione furtum & rapinam non comprehendit, ob rationem

evidentem, quod nimirum hæc cum amotione rei fiant, damnum verò cum corruptione *l. ſi ſervus ſervum §. ſi olivam 25. ff. hic.* Et hujus occaſione Dd. inter furti, & vi bonorum raptorum actionem, Legemq; Aquiliam hanc differentiam cõſtituerunt, quod priores actiones duæ competant, quando rem alterius nobiſcum auferimus & per vim rapimus: Poſterior verò, quando eam deſtruendo vel occidendo, alteri detrimentum creamus.

3. Definitur in hac ſignificatione *damnum*, quòd ſit delictum privatum, quo quis alicui in corpore rei ipſius facto quodam nocet *l. ſi cujus 13. §. de præteritis ff. de uſufruct.* ut ita à corruptela, quæ ad animum & mores hominis pertinet, diſcerneretur *Donell. lib. 15. comment. jur. civil. cap. 25,*

4. Damnum in ſeſe conſideratum duplex eſt, Quoddam, quod nondum illatum eſt, ſed quod futurum veremur *l. 2. ff. de damn. infect. Paul. lib. 5. ſent. tit.* 10. & damnum infectum nuncupatur *de quo eſt tit. 2. lib. 39. ff torũ.* Quoddã eſt rebus alicujus jam illatum, & jam præteritum, in committendo & non omittendo, conſiſtens *l. 7. §. 1 ff. de damn. infect. l. 13. §. 2. ff. de uſufruct.* de quo hic titulus tractat noſter.

5. Ex damno itaq; illato obſtringitur, qui contra jus, adeoq; non jure, ſed injuria, *l. ſi ſervus l. ſed etſi 5. §. 1. ff. ad L. Aquil. §. injuria autem. 2. ubi Mynſ. num 1. Inſtit. eod.* dolo nempe vel culpâ ſuâ *l. qui occidit 30. §. in hac quoq; actione ff. d. t. d §. injuria autem. verſ. ac ne is quidem, & Donell. citat. loc.* damnum alicui dedit, ita, ut intelligamus, non ſolùm eum teneri hac actione & lege ob damnũ datum, qui dedit ſciens & prudens dolo malo, ſed & qui per imperitiam aut nihil minus cogitans quam damnum dare, ſi dedit culpâ: Uſq; adeò ut placeat eum teneri, qui culpâ etiam leviſſimâ damnum dedit, idq; eſt, quod dicitur, in L. Aquilia & leviſſimã culpã venire *L. in lege 44. ff. h. t.* ex qua lege hoc etiã obſervandũ in univerſo jure civili nullibi legi aut mentionem fieri *leviſſimæ culpæ,*

*culpæ*, quã in hac unica, *l. 54. §. 2. ff. de acq. rer. dom.* etiã jure Canonico *c. ult. extr. de injur. & damn. dat. Gail. lib. 2. obſerv. 22. num. 2.*

6. Eſt autem leviſſima culpa, ſecundum *Donell. libr. 5. comm. jur. civ. cap. 26.* cum quod à diligente provideri potuit, ne quid damni in re aliqua accideret, non eſt proviſum. *arg. l. ſi putator. ff. de L. Aquil. Aliter Bocer. in commentar. ad l. contractus 23. cap. 3. n. 22, per l. in rebus 18. in pr. ff. commod. l. 1. §. & ille quidem 4. verſ. is verò qui utendam ff. de O. & A.*

7. Quare ſi nullus dolus, nullaq; ſubſit culpa, huic delicto locus non patet; veluti ſi furioſus & infans damnum dederint, quia judicio animi careãt, doli & culpæ capaces eſſe dicivè nequeunt, *d. l. ſed et ſi 5. § & ideo 2. ff. h. t.* quæ enim culpa in eo eſt, qui ſuæ mentis non eſt, *l. ult. ff. de adminiſtrat. tutor. Sichard. pr. C. d. t. n. num.* 4. & ſatis fati infelicitate punitur *l. 14. de offic. præſid.* alter etiam innocentia cõſilii excuſatur *Sichard. d. pr. C. h. t. n. 4.* nec impubes, quia injuriæ capax non eſt *d. l. 5. §. quod ſi impubes ff. eod.* item ſi brutum animal, vel fera beſtia damnum dederit.

8. Nam ſi commotus feritate contra naturam ejus generis communem nocuit, ut ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, bos cornu petere ſolitus petierit, canis momorderit, &c. actio de quadrupede ex Ll. 12. tabb. quâ aut animal, quod noxiam commiſit, dedi, aut æſtimationem noxiæ, id eſt ipſius delicti, aut damni præſtari poſtulatur, vocaturq; ſpecialiori nomine pauperies ſine injuria facientis data, quia non poterit dici animal injuriam feciſſe quod culpâ caret & ſenſu deſtituitur *l. 1. §. 1. & ſeqq. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dic. ubi Weſenb. n. 2. & 3. in paratil.*

9. Rurſum ſi genitalis eſt feritas, ut in urſis, leonibus, pantheris, apris &c. ceſſat actio, quia ejuſmodi feræ ſimul atq; cuſtodiam noſtram evaſerint, ſeq; in naturalem libertatem receperint, deſinunt eſſe in dominio noſtro *§. feræ igitur 12. verſ. cum verò Inſtit. de Rer. diviſ. d. l. 1. §.* 10. niſi culpa hominis præceſſerit, & in cuſtodia dominorũ negligentius aſſervatæ & concluſæ damnum

alteri

alteri intulerint. nam priori caſu L. Aquiliæ actio *l.* 1. *§.* 4. *ff d. t. l.* 11. §. 5. *l.* 52. *§.* 2. *ff. ad L. Aquil.* poſteriori ex Ædilitio Edicto convenitur? *l. ſi enim* 40. *cum ll. ſeqq. ff de Ædilit. Edict.* Et ſi his liber homo perierit ducenti ſolidi præſtantur: Sin autem nocitũ fuerit, quantum æquum & bonum judici videbitur; cæterarum rerum dupli æſtimatio eſt. *l.* 42 *ff. eod. ubi Weſemb. in parat. num. final.*

10. Cæterùm injuriam hic accipimus, non quemadmodum circa injuriarum actionem, pro contumelia quadam, licet interdum utraq; actio concurrat, duæq; fiant æſtimationes, una damni, alia contumeliæ, atq; adeò altera non conſumat alteram *Mynſ. ad d. §. injuria autem Inſtit. de L. Aquil.* Sed generaliter pro eo, quod non jure factum eſt, *l.* 1. *ff. de injur. h.* ſi contra jus *d l. ſed et ſi* 5. & per culpam occiderit aliquem *l. ſi ſervus §. ſi fornicarius ff. d t.* accipiturq; etiam de eo, qui nocere noluit *d. l.* 5. *§. injuriam*, ut ſi quis canem, aut adverſarium ſaxo petens, prætereuntem alium læſerit *l. ſcientiam* 46. §. 1 *ff. eod.*

11. Hinc ob damnum à ſe datum non tenetur, qui licet doli, culpæ & injuriæ capax ſit, aut jure permittente quid fecit *l. Gracchus* 4. *cum l. ſeq. C. ad L. Jul. de adulter.* aut caſu fortuito. Prius facit ille, qui ſervum alienum latronẽ inſidiantem, vel alium quemcunq; ferro ſe petentem ad ſui defenſionem occiderit; nam adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere *l.* 4 *in pr. & l. ſeq. ff ad L. Aquil.* & quod quis ob tutelam corporis ſui facit, id jure feciſſe videtur *l. ut vim* 3. *ff. de J. & J. l. vim vi ff. de vi & vi armat.* propriæq; ſalutis defenſor in nullo peccaſſe videtur. *l.* 2. *&* 3. *C. ad L. Cornel. de Sicar.*

12. Sic Jus permittit adverſarium occidere vel debilitare in publico inſtituto certamine, in colluctatione, in pancratico, in pugilatu, cum pugiles inter ſe exercentur dummodo cedentem non petierit, quia cum gloriæ cauſa & virtutis non injuriæ ergò damnum dediſſe videtur, meritò Aquilia ceſſabit. *l quia actiones* 7.

*§ ſi*

*§. ſi quis in colluctatione* 4. *ubi Dn. Godofred. lit: c. ff. h. t. n. Dambauder. in praxi rer. criminal. c. 84. num. 31.*

13. Præterea ſi quis maritus domi ſuæ nō alienæ, deprehenſum aliquem in adulterio occiderit vel vulneraverit, non ſolum ob damnum ex L. Aquilia non conveniendus, verùm etiam ex L. Julia indemnis omninò ſervandus eſt *d. l. qui occidit* 30. *in pr. ff. h. t. n. l. marito quoq; ff. ad L. Jul. de adulter. d. l. Gracchus* 4. *C. eod*; quod enim fit lege permittente, pœnam non meretur, & nullam ob id factum calumniam metuere debet *l. is qui aggreſſorem* 2. *C. ad L. Cornel. de Sicar.*

14. Qui furem occiderit, an ex L. Aquilia obligetur, quæſitum meminimus? in qua quæſtione ſi generaliter eſt definiēdum; non aliter eum occidi poſſe, quam ſi parcere ei dominus vel poſſeſſor ſine periculo ſuo nō potuerit. *l. furem* 9. *ubi gloſſ. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l.* 7. *ff. quod met. cauſ. l.* 5. *ff. ad L. Aquil. l. ſi pignore* 54. *§.* 2. *ff. de furt.* idq; etiam obtinet, ſi in urbibus vel oppidis furtum noctu fiat. Sin in agris, conſtitutionibus imperatoriis approbata eſt diſtinctio ll. 12. tabb. *l.* 1. *C. quand. lic. unic. ſin. jud. ſe vindic. Cujac.* 14. *obſerv.* 18.

15 Legibus 12. tabb. & jure divino diſcrimen quoq; eſt inter furem diurnum & nocturnum: nocturnum enim omnimodò occidere permiſſum eſt, quia ſciri non poteſt, an animo furandi vel occidendi acceſſerit *c. ſi per fodiens* 3. *extr. de homicid.* & aliâs nox etiam aggravet delictum *l. aut facta* 16. *ff. de pœn.* Diurnum verò ſi ſe telo defendat, modò tamen utrobiq; id ipſum cum clamore teſtificetur *l.* 4. *§.* 1. *ubi Godofred ff. h. t. n. Exod.* 22. *verſ.* 2. *&* 3. *P. Fab. in l. in omnibus* 90. *num.* 4. *ff. de R. J. Zoannett. in l.* 3 *part.* 1. *num.* 42. *& part.* 2. *num.* 5. *& ſeqq. ff. de* J. *&* J. *ubi etiam Jaſon. num.* 23. *Borcholt, Schneid. ad d. §: injuria autem* 2. *num.* 6. *&* 7. *Inſtit. h. t. n. Dn. Arum. diſp.* 10. *theſ.* 1. *vid. in actu primo theſ.* 180. *ubi idem attigimus.*

16. Qui incendii arcendi cauſa ædes vicinas demolitus eſt, an

K dere

de reſarciendo damno obligetur, controverſum fuiſſe inter ipſos Juriſconſultos. Labeonem videlicet hoc affirmãtem, & Celſum & Ulpianum illud negantes, pugna & diſſidium eorum oſtendit, A partibus negativæ defenſorũ ut ſtemus efficit *l. ſi quis fumo 49. §. 1. verſ. ut Celſus ſcribit. ff. h. t. n. & l. 3. § pen. ff. de in incend. ruin. & naufr.* Si quidem non injuria, ſed juſto metu perterritus, ne ad ſe ignis perveniret, id fecerit, & ædes æquè perituræ fuiſſent, licet à vicino non eſſent interciſæ *l. ſi alius fecerit 7. §. eſt. & alia 4, verſ. quoniam ff. quod vi aut clam.*

17. Quod ſi verò pro totius viciniæ ſalute, ne omnia ignis adureret, latiusq; ſerperet, domus vicini nondum inflammata diſſipetur, an poſtmodum omnes vicini ad ejus reparationem communes ſumptus conferre & contribuere debeant, teneanturvè, nec minoris momenti quæſtio eſt? Et quia id vulgò adſerentes ſimpliciter, nõ rectè probent *per l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* ob diverſitatis rationẽ, ſatius eſt, ut ſub diſtinctione cum *Barth. in l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clàm* id ipſum negem⁹. Aut enim pervenit ignis ad eum locum, aut non pervenit: primo caſu ſi ignis ad illam domum jam perveniſſet proximè, damnum illatum nullatenùs vel à deſtruente, vel à vicinis reſtaurandum: Secundo verò caſu, quia defendendarum aliarum ædium gratia diruta ſit, utiq; ad contributionem illam omnes & ſinguli obligabuntur *arg. d. l. 3. § pen. ff. de incend. ruin. & naufrag. l ſed ſi alius §. eſt & alia 4. ff. quod vi aut clam.*

18. Certum porrò exploratumq; ſit licet, quod vicinus cujus culpa incendium contigit, vicino damnum reſarcire teneatur, *per l. capitalium 28. § incendiarii 12. verſ. nam fortuita ff. de pœn. Gail. lib. 2. obſerv. 22. num. 1. & 2.* dubiam tamen admodum adhuc habere videtur deciſionem; cuinam iſtius incẽdii probatio incumbat; actorine, an reo, in cujus ædibus incendiũ e ortum eſt? Nos eorum adſtipulamur ſententiæ, qui actorem ad demonſtrationẽ certæ alicujus perſonæ determinandæ compellendum eſſe ſtatuunt,

tuunt, maximè ſi reus conſuevérit eſſe induſtrius, & vigilantis patrisfamiliâs officio fungi. nec; indicia alia ullius negligentiæ cõtra eum appareant.

19. Nam incendium cum inter caſus numeretur fortuitos *l. cõtractus 23. in fin. ff. de R. I. l. pen. ff. de incend. ruin. & naufra. l. incendium C. ſi cert. petat.* de eo etiam nemo teneri, multò minus conveniri poteſt, niſi cujus culpa factum liquidò probatum fuerit, quia aliâs etiam caſus fortuiti nullo bonæfidei judicio præſtẽtur *l. quia fortuitis 6. C. de pign. act.* præſertim, cum in domo ignẽ habere nõ reperiatur prohibitum, & ſine illo, cum ſit ex quatuor elementis, homo diu ſupervivere nequeat *Gail. d. lib. 2. obſerv. 21.* quoties autem quid faciat aliquis de genere permiſſorum, præſumptio ſtat pro eo, quæ onus probandi transfert in adverſarium *l. nec non 28. §. quod ejus ff. ex quib. cauſ. major.*

20. Accedit, quod afflicto non ſit addenda afflictio *l. Divus. ff. de offic. præſid. Auth. navigia C. de furt.* & in dubio favorabiliores habeantur partes rei, quam actoris *l. favorabiliores 125. ff. de R. I.* imò uti, proverbium ſonat Germanicum, **Ein Nachbar iſt dem anderen ein brandt ſchuldig** / ac ſi ita diceretur, quod uni cuipiam ex vicinis vel ſuâ ipſius, vel familiæ ſuæ culpâ contigit, idem quoque alteri contingere poſſe; nihil jam obeſt, quò minus dicamus, actore nihil probante reum etſi nihil præſtiterit, abſolvendum eſſe *l. qui accuſare 4. C. de edẽd. l. 9. C. de excep. l. 9 C. de O. & A. l 2. ff. de probat.* Atq; ita non probata culpâ remanebit incertitudo, & per conſequens ſententia condemnatoria ſequi non poteſt, quia ea certa eſſe debet. *l. licet § final. ff. naut. Caupon ſtabul. & in §. curare Inſtit. de Action. Gail. d. lib. 2. obſerv. 21. num. 4.*

21. Priori non abſimilis eſt & illa controverſia, quid ſentiendum de iis, qui ſervandarum alienarum mercium cauſâ, ſuas merces, quæ periculum cæteris pondere & onere ſuo minabantur, levandæq; navis cauſâ in mare projêcere? illos, qui merces ſuas ſalvas habent, damnum paſſis ſubſidio adjumentoq; eſſe debere

& teneri reſpondemus per *l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. de jact. ubi Ictus* Paulus id æquiſſimum judicat, cui gloſſ: addendo, quod damnũ pro communi utilitate acceptum commune eſſe debere, concordat *adde l. qui ſervandarum 14. in pr. ff. de præſcript. verb. junct. l. 3. §. pen. ibi: cum alibi non poſſit ff. de incend. ruin. & naufrag. & d. l. ſi alius fecerit 7. §. eſt, & alia ff. quod vi aut clàm.*

22. Magiſtratus etiam, ſi quid adverſus reſiſtentem ſibiq; repugnantem fecerit violentius, ac propterea quid ruperit, de damno illato non tenetur *l. quemadmodum 29. §. pen. verſ. ſi quid tamen ff. ad L. Aquil. arg. l. ſi ſervus C. de his qui ad eccleſ. confug.* quia nihil injuria facit, ſed licito, & honoris quem ſuſtinet, & gerit, jure *l. 3 ff. quod met. cauſ. l. injuriarum 13. §. qui jure poteſtatis l. item apud 15. §. adjicitur 39. cum ſeq. & l. quod Reipub. 33. ff. de injur.*

23. Caſu autem fortuito damnum dediſſe dicitur, cujus nulla culpa ipſum caſum anteceſſit, quod duobus contingere poteſt modis, unus eſt, ſi caſum iſtum, quo damnum illatum eſt, nulla providentia humana prævidere potuerit *d. l. qua ratione 7. §. proinde ſi quis ff. h. t. n. d. l. quæ fortuitis C. de pignerat. action. l. 1. C. ad L. Cornel. de ſicar.* Alter eſt, ſi caſus iſte prævideri quidem poterit, culpa tamen nulla, quia eâ caret, ab eo exigenda eſt, qui damnum dedit, ſed multò magis imputanda ei, qui accepit id. *l. ſi putator 13. ff. & §. item ſi putator 5. Inſtit. h. t. n.*

24. Hinc quæſitum fuit, utrum L. Aquilia teneatur, qui dum jaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſervum tuum trajecerit? Et Imperator Juſtinianus hanc quæſtionem diſtinctionibus deciſam nobis reliquit: Aut enim à milite hoc factum eſt; aut ab alio non milite. Si primus, miles nempe jaculis luſit in campo, aut eo loco, ubi ille exercitari ſoleant, & ſervum tuum prætereuntem trajiciendo occiderit, damnum injuria dediſſe non videtur; ſed omni prorſus culpa caret, niſi probetur data opera id eum feciſſe, quandoquidem ipſe læſus in culpa eſt, qui nõ debuit per campum jaculatorium intempeſtivè iter facere, *§. item ſi obſtetrix 9. §. 4. ff. ad L.*

*ad L. Aquil.* E contrà ſi alius non miles ſervum transfixerit; culpæ reus eſt, & L. Aquilia tenetur, propterea quod, non debuit, fecit, & culpâ quæ in faciendo conſiſtit, non vacat, cum jaculis ludens cogitare debuiſſet per eum locum, homines tranſituros.

25. Putans arborem propè viam publicã, aut vicinalem ſi dejiciendo arbores vel ramos occiderit ſervum, vel animal pecudum numero habitum, actione L. Aquiliæ tenebitur, etiam in viâ privatâ, ſi per eam frequens & licitus tranſitus pateat univerſis, niſi tempeſtivè dejiciens proclamaverit, ut tranſeuntes ſibi proſpiciant, ne per dejectum, damnum aliquod incurrant, ſive id faciat verbo, ſive ſigno aliquo in regione iſta ſive conſuetudine uſitato; modò non in ipſa projectione, ſed tempore juſto, & loco congruo, ita ut quilibet in tempore ſibi præcavere poſſit, hoc ipſum expediat, *§. item ſi putator. 5. Inſtitut. & l. ſi putator. 31. ff. h. t. n. Schneid. in Inſtit. ad d. §. item. ſi putator num. 1. & 2.*

26. Quæ via publica, quæ vicinalis ſit eleganter expoſuit *Ulp. in l. 2. §, viarum ff. ne quid in loc. publ.* Et eſt via publica, quam Græci *βασιλικὴν*, id eſt regiam, ICti verò prætoriam & conſularem appellitant: Germani, frey offne / & quidem adpoſitè deß Heiligen Reichs ſtraſſen / quoniam univerſæ ditiones per ſacrum Imperium ab Imperatore dependent, partim mediatè, partim immediatè. Vicinalis verò eſt, qui vel in vicis eſt, vel in vicos ducit *Weſenb. in paratitl. d. t. num. 6.*

27. Si quis item foveas urſorum cervorúmque capiendorum cauſa ſubterraneas fecerit, aut laqueos poſuerit illis in locis, ubi permiſſum eſt, & fieri & poni ſolent: licet homo vel animal in foveas laqueoſque illos inciderit, & inde damnum acceperit: adverſus facientem vel ponentem agens quis, jure non obtinebit, quamvis nulla proclamatio vel denuntiatio facta ſit *l. qui foveas 28. pr. & l. ſeq. ff. h. t. n.*

28. Nec magis de damno tenetur ille, qui in ludo jaculatorio cum eſſet ex iis, quibus jaculandi jus erat ſagittam ad metam ſive

ſcopum jaculatus eſt, atq; caſu prætereuntem trajecit *l. item ſi 9. ff d.t. d. §. injuria autem verſ. itaq; ſi quis dum jaculis Inſtitut. eod.* Neq; is qui cum pilâ luderet, ubi ex conſuetudine ludi ſolitum eſt, pilâ vehementius percuſsâ, aliquem ex ſpectatoribus adſtantibus eluſcaverit, ob damnum illud illatum conveniri propter vetantia jura poteſt *l. itē Mela. 11. in pr. l. ſi ex plagis 52. §. ult ff. h. t. d. § .injuria autē verſ. itaq; ſi quis Inſt. eod. Boc. d. cl.* 4. *th.* 19. & 20. *diſ.* 2.

29. Damnorum ita in ſpecie dictorum duo enumerantur genera. I. Læditur namq; vel ipſum rei corpus ita ut ex utraque parte corpus immediatè interveniat, veluti ſi manu tua occidas ſervum, vel dejicias eum de ponte in flumen, ſic damnum dicitur datum à corpore projicientis in corpus ipſius projecti. II. Vel integro & illæſo manente corpore, alio atq; alio nocetur modo, ut cum includantur pecora, per quod ſolum non deteriorantur, & tunc dicitur damnum datum de non corpore in corpus, conſiderato ſcilicet eventu quod pecora fame enecta ſint. *Mynſ. ad d. §. ult. num.* 3 *Schned. ibidem num.* 3. & 4.

30. Primo generi propoſita eſt Lex Aquilia, quæ à Gallo Aquilio Tribuno plebis rogata *l. 1. § 1. ff. & §. ult. Inſt. h t. n.* propriè plebiſcitum eſt, ſucceſſu tamen temporis legi non quidem cauſa efficiente, ſed vi, ac poteſtate, per L. Hortenſiam in tantū tandem exequata fuit, ut populus Romanus univerſus non minus plebiſcitis, atq; legibus à ſe latis teneretur, *l. 2. §. deinde 8. ff. de O. I. §. lex 4. verſ. ſed & plebiſcita Inſtitut. de I. N. G. & C.* duo hodie continet capita, primum nempe & tertium, ſecundum verò in deſuetudinem abiit *l. ſi ſervus 27. §. hujus legis 4. & §. ſeq ff. in pr. & §. caput 12. cum ſeq. Inſtit. de L. Aquil.*

31. Primum hujus legis caput pertinet ad eum, qui alienum (cum proprium ſervum occidere domino permiſſum erat *§. 1. & 2. Inſt. de his qui ſui vel alieni Iur. ſunt*) hominem aut quadrupem, quæ pecudum numero eſt, veluti ovem, capram, bovem, equum, mulum, aſinum, ſuem, elephantem, camelum &c. occidit *l. 2 in*

*pr. &*

*pr. & §. final. ff. h. t. n. l. legatis ſervis 65. §. pecoribus & l. ſervis legatis 81. §. pecudibus ff. de legat 3.*

32. Loquitur idcircò primum hoc L. Aquiliæ caput, de occiſo homine, aut quadrupede pecude, unde apparet, quod lex ſervis exequet quadrupedes *l 2. §. 2. ff. h. t.* non quod in hac lege majori in pretio habendus ſit homo, quam quadrupes, ſed quod in pœnalibus modus iſte ſufficere videbatur, ut damnum datum compenſaretur, & reſarciretur domino, qui de eo civiliter acturus eſſet; & adverſus eum, qui dolo malo hominem occiderit, aliæ etiam ſuperſunt adhuc pœnæ, *in §. 1. Inſt. h. t. n.*

33. Occiſum ſic accipere debemus, quocunque teli genere perfectum; ſive itaque gladio, ſive fuſte, ſive manibus (ſi fortè ſtrangulatus ſit homo) vel calce impetitus *l. 7. §. 1.* vel plagis affectus *l. 52. in pr.* vel ſaxo illiſus *l 7. §. 7.* imò qualiter occiſus quis ſit *d. l. 7. §. 1.* & ſi quis adhibita vi, & quaſi cauſam mortis præbuit, tractâ videlicet interpretatione vocis, à cędendo & à cæde *l. 51 pr. ff. d. t.* hac lege tenebitur, *per allegat. jur.*

34. Atque ex hoc primo genere naſcitur actio civilis *d. l. 1. §. 1. ff. ad L. Aquil. §. ut nec plurimi 15. Inſt. eod. unct. l. jus autem 7. ff. de I. & I.* & in ſpecie actio L. Aquiliæ nominatur, *l. ſed etſi 5. §. 1. & 2. & tot. tit. ff. h. t. n.* itemq; ſimpliciter Aquiliæ actio *l. ſi cuius 13 §. de præteritis verſ. quia ſunt caſus ff. de uſufr.* etiam damni injurię actio *l. impuberem 23. ff. de furt d. l ſi ſervus §. furtum 10. §. Proculus 11. & §. ſi calicē 29. l. quēadmodū 29. §. item Labeo verſ. planè ff. ad L. Aquil. Cicer. in orat. pro Flac. litè conteſtata damni injuria judicio conſtituto.* Et damni injuriæ actio *pr. Inſt. h. t.* more veterum recepto, genitivum pro ablativo ſumentium, *§. in duplum Inſt. de act. §. ſunt Inſt de Noxalib. Action. adde l. ſæpè 53. ff. de V. S. Borcholt. ad pr. Inſtit. de L. Aquil.* Vel Prætoria, *l 11. ff. de præſcript. verb. l. 55. ff. de A. R. D.* competens cum neque à corpore neq; in corpus, ſed alio modo damnum datum eſt *l. 33. in fin. ff. hic & §. ult. Inſtit. ubi Cujac. in not. eod, Treutl. d. diſp. 18. vol. 1. theſ. 10. lit. D.*

Civi-

35. Civilis hæc L. Aquiliæ actio rurſum ſubdividitur in directã & utilem, & directa naſcitur, ex ipſius L. Aquiliæ verbis & mente, ita, ut etiam ex ipſis verbis legis agatur *l. 27. §. 6. ff. h. t. n.* ubicunq; enim lex expreſſim meminit hujus vel alterius actionis, tunc directa eſt. Bartol autem referente *Mynſ. ad § cæterum Inſt. d. t. nũ.* 1. eam quoq; directam cenſuit, quæ licet verbis non fuerit expreſſa tamen propter mentem legis datur, num rectè? ait *Mynſ. d. lo.* cui accedimus *per l. ſcire leges ff. d. ll. arg. l. 1. ff. uti poſſid.*

36. Et competit ei, qui dominus eſt rei læſæ *l. item Mela* 11. §. *Legis autẽ Aquiliæ junct. §§. ſeqq. ff. ad L. Aquil.* adverſus eum, cujus præcipuè & rectâ *corpore* animal alicujus occiſum aut vitiatum eſt, vel res alia deterior facta fuit *d. § Cæterum Inſtit. d. t. l. ſi ſervus §. ſi quis veſtimenta & §§. ſeqq. ff. eod.* Ut ſi ſervum ſervamve, alienum, alienamve, quadrupedem vel pecudem injuriâ occiderit *l. 2. pr. & l. 11. §. 1. l. 25. §. 1. hic pr. Inſt. eod. l. 24. §. 5. ff. de damno. infect. l. 27. §. 2 ff. de R. V. l. 2. §. 1, & 2. ff. de pri. delict.* & apud quem dolo malo detentus ſervus perierit *l. 27. §. 2 ff. de R. V.* etiam adverſus eum, qui ſervum communem occiderit, *l. 19. ff. ad L. Aquil. l.* 47. §. 1. *ff. pro ſoc.* pro ea ſcilicet parte, pro quâ dominus eſt *l. 2 ff. h. t. n.*

37. Adverſus medicum, qui imperitè ſervum ſecuerit *§. 7. Inſtit. h. t. n. l. 7. §. 8. ff. eod. l. 9. §. 5. ff. Locat. l. 6. §. ult. ff. de offic. præſid.* & medicamento perperam uſus fuerit *l. 8. in pr. ff. de L. Aquil. §. 7, Inſtit. eod.* & id ipſum per vim vel ore vel clyſtere infuderit venenoq; malo unxerit *l. 9. §. 1. ff. h, t. n.* quia id per imperitiam, quæ culpæ adnumeratur *l. 135. ff. de R. I.* commiſerit, meritò ei etiam imputari debet, dum id, quod non benè didicit, tam gravi multorum periculo profitetur, & de vita hominum tam temerè ludit, ne prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis, periculo hominis innoxium maneat, *d. l. 6. §. ult. ff. de offic. præſid.* cum verò ſecundum artis præcepta diligentiam adhibuerit, & de-

inde homo deceſſerit, omninò non tenebitur, quia eventus mortalitatis ipſi imputandus non eſt; & ut poëta canit

*Non eſt in Medico ſemper relevetur ut æger*
*Interdum doctâ plus valet arte malum.*

38. Nec minus adverſus illum conceditur, qui ſervum ægrotantem leviter percuſſerit, iſq; exinde obierit, quia aliud alii mortiferum eſſe ſolet *l. 7. §. 5. ff. h. t. n.* Ut ita in quæſtione, an L. Aquilia locum habeat, planè nihil interſit, ſanumne quis hominem occiderit, an verò aliquâ in re factum imbecilliorem: In altera verò, quâ quanti damnandus ſit, quæritur, plurimum intereſt, nam qui ſanum occiderit hominem, ſimpliciter æſtimationem ejus obferre cogitur, qui verò imbecilliorem de ſano non tenetur, niſi eo anno ſanus fuerit, Si ultra annum fuerit æger, æſtimationem ſuam non ſuſtinet *l. 24. §. 5. ff. de damn. infect.*

39. Utilis L. Aquiliæ actio eſt, quæ non ex verbis, ſed ex interpretatione & ad exemplum plebiſciti Aquilii, propter minimam diſſimilitudinem competit *l. nominis 6. ubi Alciat. & dn. præcept. Göd ff de V. S. l. ſed etſi 12. ibi ad exemplum L. Aquiliæ ff. ad L. Aquil.* ut ſi quis non corpore ſuo damnum dederit, *§. fin. Inſtit. eod.* & ubi actus corporalis, non inducit detrimentum rei immediatè *Schneidew. ad §. final. num. 4. aliter. Mynſing. d. loc. num. 3. Treutl. d. diſput. 18. vol. 1. theſ 10. lit. c. adde l. 11. §. ult. l. 13. pr. l. 27 §. 32. l 30 §. 1. & 2 ff. h. t. n. l. 4. ff. de ſerv. corrupt. l. 51. ff. de furt.*

40. Eaq; ſæpenumero in factum actio appellatur *l quâ actione 7. §, proinde & §. Celſus autem l. item ſi obſtetrix 9. pr. l. 29. §. 7. l. 11. § 1 5. & 8. l. 17. pr. l 27. § 10. & 14. & ult. l. 41. fin. pr. l 49. pr l. 53. ff. ad L. Aquil.* ut & paſſim utiles actiones, quod tamen intelligendum de in factum actionibus civilibus, non vero prætoriis gloſ. *in l. pen. C. d. t. Hart. Piſtor. lib. 1. quæſt. 27. Treutl. d. lo. lit. c.*

41. Et utili L. actione experiuntur bonæ fidei poſſeſſor rei

læſæ *d. l. item Mela §. ſed ſi ſervus ff. h. t. n.* uſufructuarius & uſuarius *d. l. 11. §. ult. & ſeq. ff. eod. l. locum 17. §. ult. ff. de uſufr. l. 7. §. 4. ff. d. dol. mal. l. 9. §. 1. ff. de ſerv. corrupt. Sichard. in Rubr. C. h. t. num. 12.* & creditor cui res pignoris nexu obligata, facto alterius fuit deperdita, ſed non aliter niſi dominus non ſit ſolvendo, aut actionem temporalem amiſerit *l. 17. pr. l. 30. §. 1. h. t. n. Azo in ſumm. eod. num. 12.* quod autem ſupereſt in pignore domino reſtituendum *d. l. 30. §. 1. ff. d. t.*

42. Qui liberum hominem vulneravit, aut debilitavit, non quidem directâ actione ei tenebitur, propterea quod ſoli competat & verò domino, nemo autem ſit membrorum ſuorum dominus *l. 13. ff. ad L. Aquil.* utili nihilominus eum actione, ad damni æſtimationem, conveniri poſſe, certum exploratumq; eſt *Cujac. lib. 21. obſerv. 20. Weſenb. in paratitl. ff. h. t. n. 7. Coſtel. ad L. 3. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicat.*

43. Verùm cum filiusfamil. injuriâ vulneratus eſt, utra actio directane, an utilis ex L. Aquilia patri ad æſtimationem damni agenti concedenda, non incommodè hic diſquiri poteſt? Poſteriorem dari probabilius eſt, & frequentius etiam obtinuit, *arg. l. cum duobus 52. §. ſocium univerſas 19 ff. pro Soc. l. qua actione 7. §. ſi quis in colluctatione 4. verſ. in filiofam. vulnerato ff. h. t. n.* Quoniam pater filii dominus non eſt *Donell 15. comment. Iur. civ. cap. 26.* nec filio ſurrepto condictio ei competit *l. mater 38. §. 1. ff. de furt.* nec furti actio, quaſi jure dominii, ſi nihil amplius eius interſit, licet ex jure Quiritium filium vindicare poſſit *l. 1. §. pen. ff. de R. V.* ſed ſi ejus interſit, putâ ob lucra acquiſitionum *l. eum qui §. ſi filiusfam ff. de furt.* datur eo caſu utilis actio *Cujac. d. obſerv. 20.*

44. Similiter quæſtio hæc non parum etiam dubitationis habere videtur, an prædicta actio etiam tum competat, quando virgini ſtuprum illatum eſt? Et neutro modo, ſive voluntate & ſponte ſuâ ſtuprum paſſa ſit quandoquidem tum ipſi, tanquam volenti nulla infertur injuria *l. 1. §. uſq; in fin. ff. de injur.* & nemo ex pro-

propriâ culpâ damnum ſentire intelligitur *l. quod quis 203. ubi Pet. Fab. ff. de R. I. c. damnum 86. de R. I. in 6.* Sive etiam per violentiã ſtuprata fuerit, propterea, quia & fœmina prægnans ſive puerpera pro ſanâ habeatur *argum. l. quæritur 14. §. 1. & 2. ff. de Ædilit. Edict.* & præſens hæc noſtra L. Aquiliæ actio, ob rei familiaris, quæ in commercio eſt, non verò dignitatis diminutionem corruptionemq; competat, *gloſſ. ad l. ſi ſervus 27. §. ſi olivam 25. ff. h. t. n. Iaſon. ad l. ſi familia 9. ff. de Iuridict.* niſi fortè ipſo ſtupro, aut cum gravida pepererit, difficiliori partus in lucem editione, corpori ejus læſio quædam acceſſiſſet, quia eo caſu utilem L. Aquiliæ actionem dari, nobis plano perſuaſum habemus.

45. Rationibus enumeratis permoti, neq; hoc ineptè dicemus, fœminam licet ex congreſſu iſto imprægnata conceperit, prolemq; ſuſceperit, hac actione impenſas puerperii petere non poſſe *arg. d. l. quæritur §. 1. & 2 ff. Ædilit. Edict. dn. Bocer, d. claſſ. 4. diſput. 2. theſ. 29.*

46. Attamen, quia infans, quantumvis ſpurius ſolius patris ſumptibus alendus ſit *per Authent. licet C. de naturalib. liber. c. dum haberet extr. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. Palæot. in tract. de Noth. & ſpur. cap. 48. Zaſ. ad §. præjudiciales action. 13. Inſtit. de action.* non etiam matris, niſi fortè deficientibus patris in ſubſidium, *l. Neſennius 34 ff. de negot. geſt. l. ſi quis à liberis 5. §. ergo & matrem,* & ob id mater præbendo alimenta proli, patris negotium gerat, actione geſtorum negotiorum, ſumptus puerperii & educationis illi ab eo exigere permiſſũ eſt *d. l. Neſennius 34. d. l. 5. §. ſi mater ff. de agnoſ. & alend. liber.* probabitur tamen prius per actionem præjudicialem de partu agnoſcendo inſtitutam, eum, qui convenitur, reverâ patrem eſſe *d. §. præjudiciales 13. Inſt. de action. l. 1 §. ult. & l. 3. §. quid ergo 2 ff. de liber. agnoſcend.*

47. Utilis præterea L. Aquiliæ actio competit contra illum, qui non corpore ſuo damnum dedit, verum caſum duntaxat interitus, vel deteriorationis præbuit, ut ſi hominem alienum, aut

vel pecudem uſſit, fregit, rupit, vel aliud animal, putà canem, avem, aprum, leonem, &c. interemit, uſſit, fregit, rupit, vel rem quamcunque aliam, quæ anima caret, corrupuit. Agitur enim ex hoc capite de omnibus animalibus læſis, vel occiſis, quæ pecudum numero non continentur *Sichard. in Rubr. C. h. t. n. num. 14.*

50. Hinc differentia animadverti poteſt perſpicua, quæ eſt inter primum & tertium L. Aquiliæ caput: Hoc etenim de ſervo & pecude vulneratis; item de non pecude, ſive de quadrupedibus quibuslibet, ut fera vel cane occiſis, aut vulneratis: Eſt denique de rebus etiam anima carentibus, ut, ſupellectile, frumento, vino, libris, &c. fractis: Illud eſt, de ſervo & pecude occiſo & interempto.

51. Duo ſiquidem verba, USSIT, FREGIT, ſpecialia ſunt, certosq; damni modos continent: Tertium verò illud verbum, RUPIT generale, omneq; genus damni complectens, quocunque modo dati, ſive fractione, ſive uſtione, ſive effuſione, ſive etiam dolendo, *l. in L. Aquilia 44 & duab. ll. ſeqq. h. t. n. Giphan. in §. capite tertio. 13, in verb. quanquam poterat, Inſtit h. t. n. Sichard. d. loc. Oldendorp. claſſ 12. act. 6. num. 2. in fin.* Et veteres omnes iſtud vocabulum ſic intellexerunt: Nam & RUPISSE videtur, qui corrupit, *l. 27. §. ult. ff. de furt.* qui vulneravit *l. 27. §. 7. ff. ad L. Aquil, l. 2. §. 6 ff. de privat. delict.* qui virgis vel loris, vel pugnis cæcidit, vel tumorem fecit *d. l. 27. §. 17. ff. h. t. n. Azo in ſumm. C. eod. num. 27.*

52. Ulterius nunc deſpiciendum, quidnam & quantum in L. Aquiliæ veniat actionem; Et non ſolum in *directam*, verum *utilem* venit inprimis æſtimatio damni dati tanquam principale, ſed & ejus, quod intereſt, adeoq; longè plus *§. illud non ex verbis Inſtitut. h. t. n. l. ait lex 21. §. final. cum duab. ll. ſeqq. ff. eod l. 2. §. quæſitum 3. ff. de priv. delict.* ut ſi quis hominem, qui hodie mancus, aut claudus, debilitatusve ſit, occiderit, qui eo anno integer, aut pretioſus fuerit, non tanti tenetur, quanti hodiè eſt, ſed

quanti in eo anno plurimi fuerit: itémque ſi pretioſo pictori, aut ſcribæ pollex fuerit præciſus, & is intra annum, quo præcideretur fuerit occiſus, in actione L. Aquiliæ eo precio æſtimabitur, quanti fuerit, priuſquàm artem cum pollice amiſiſſet. *l. inde Neratius 23. §. idem Julianus 3. ff. h. t. n.* Quæ æſtimatio tamen ex judicio cōmuni, non autem ex utilitate & commodo ſingulorum ineunda eſt, *l. ſi ſervum 33. ff. d. t. Johan, Robert. Aurelian. lib. 3. ſent. cap.* 14.

53. Ex quibus præmiſſis non tam celebris, quam perplexa admodum reſultat quæſtio: *An id quod intereſt quanti, quanti eſt, per hanc actionem peti queat? an verò duplum rei peremptæ excedere nullo modo debeat:* Communior eſt Dd. ſententia qui negant, tentabimus contra illos, utrum reus ad totum intereſſe condemnari poſſit & debeat; & ſic id intereſſe taxationi *L. unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer.* non ſuberit *per l. Julianus 13. in pr. verſ. ſi verò ſciens ff. de act. empt. d. l. inde Neratius 28. ff. h. t. n & l. in interdicto 6. ff. de vi & vi armat.* Imò ex his legibus ſimul hoc evincitur eum, qui ex delicto ad intereſſe obligatus eſt, in totum intereſſe condemnari debere, ut probat eleganter *Molin. in tract. ſuo de eo quod intereſt, quæſt. 8. num. 154. & ſeqq. Dn. Harprecht diſput. 17. theſ. 12.*

54. Libero quoque homine vulnerato, aut membro aliquo debilitato, peti hac actione poterit, quod minus ille ex operis ſuis propter illatum damnum accepturus habiturusve eſt, tum etiam impenſæ pro curatione factæ; nec minus etiam merces Medico data, vel adhuc danda *l. hac actione 7. in pr. l. ſervius 27. §. rupiſſe ff. h. t. n. l. ex hac lege 3. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic. c. 1. ibi, operas ejus & impenſas in Medicos reſtituat, extr. de injur. l. ult. ff. de his qui deject. vel effuder.* Ipſius autem corporis, aut membrorum æſtimationem non item, quia hæc æſtimationem non recipiunt *d. l. liber homo 13. ff. h. t, n.*

55. Conprimis etiam in damno æſtimando Dd inſpiciendum monent, vitæ genus hominis læſi, ſcilicet ejus opera, & id quod

tractat

tractat opificium: cujus item q; ſit ætatis, id eſt, quamdiu adhuc veriſimiliter & naturaliter ſuperſtes futurus crederetur *gloſ. ad l. 3. in verb. impenſarum ff. ſi quadrup. paup. fecis. dic. per l. hæreditatium 6 . ad L. Falcid.* Et hinc aliquandò nobili militi, utroque oculo ex vulnere inſidiosè orbato, in ſupremo judicio Cameræ Imperialis multa millia pro militaribus officiis, quibus poſtea carere coactus erat, & fungi nequibat, per ſententiam definitivam adjudicata fuiſſe refert, & obſervavit. *Andr. Gail. in ſuis aureis obſervationibus lib. 2. de pac. public. cap. 2. num. 19. & Dn. Boc. alia ſuperaddit exempla in d. claſſ. 4. diſput. 2. theſ. 33.*

56. Ne tamē aliquod litigium, & altercatio oriatur in damno dato corpori liberi hominis, præſenti & futuro, Medici & Chirurgi periti adhiberi debent, ut eò certius de læſione æſtimanda conſtet, qui damnum inſpiciant, & de ejus magnitudine, & qualitate deponant: Aſt cicatricum & deformitatis in hac actione ratio nulla haberi debet, quemadmodum nec doloris ſive cruciatus, quo læſus per id tempus fuerit exagitatus & affectus *l. ult. verſ. cicatricum ff. de his qui dejec. vel effuder.*

57. Et inde errare dicit *D. Boc. dict. loc th. 35.* nonnullos indoctos, & juris ignaros Rabulas forenſes, quando in libello Actionis L. Aquiliæ pro hiſce, für empfangenen ſchaden vnd ſchmertzen ein abtrag begeren / maximè cum de damni, & non cruciatus æſtimatione hic agatur, Et quia nec ipſius corporis, nec cicatricum, neque deformatis æſtimatio fiat, multò minus doloris ratio aut conſideratio fieri & eſſe debet, quandoquidem reliqua his præſtantiora ſunt *arg. l. 1. ff. ad L. Aquil.*

58. Enimverò ſi homo liber occiſus ſit, an uxor, derelictique liberi ejus ſuperſtites, nomine operarum interempti mariti, & patris, quibus nunc & poſtmodum etiam carere coguntur actione hac experiri poſſint, ob rationes evidentes, quibus alii utuntur, non exiguam habet dubitandi cauſam? Nos affirmativam veritati priorem eſſe ſtatuimus *per text. in l. qua actione 7. in pr. ff. ad L.*

*ad L. Aquil. & authoritatem Rogerij & Azonis, gloſſaque ordinaria ad l. 7. §. ſi quis in colluctatione in v. rb. gloriæ cauſa & ad l. huic ſcripturæ 15 v. rb. nõ poſſeſſ. eod. & Weſenb. in parat. h. t num. 7. Hart. Hartm. ab Eppingen. lib. obſerv. pract tit. 50. obſerv. 10. in fin.* addimus *l. 23 §. hanc actionem ff. d. t.* ubi hanc actionem etiam hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus dari legitur, & quia occiſi uxor ejuſq; liberi damnum paſſi ſunt graviſſimum, nihil prohibet, cur illis ea denegari deberet, *D. Arum. diſput. ϖ. 10 theſ. 2. Coſtal. ad d. l. 3. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dic.*

59. Præterea annus retrorſum ex quo quis occiſus eſt, computatur *l. 21. §. 1. l. 55 h t.* & quidem annus continuus, id eſt intra 365. dies, *l. 4. §. 1. ff. de ſtatuliber. l. 51. §. 2. ff. h. t. n. Azo in ſumm. C. eod. num. 23.* & inde cautius eſſe, in libello hujus actionis exprimere tempus, quo damnum illatum eſt, notavit *poſt Angel Aret. Sichard in Rubric. C. eod. num. 14.* non utilis *l. 51 §. 2 ff. h. t.* Actoris autem intentio in hunc modum concepta eſſe videtur. Ajo te ſervum meum culpâ & injuria occidiſſe, idcirco ex primo L. Aquiliæ capite, quanti eo anno ſervus plurimi fuerit, ſi vero inficiatus fuerit, in duplum mihi damnari oportere.

60. Aliud eſt, ſi annus elapſus ſit, quia æſtimatio pluris determinatur & finitur eodem, & actio damni, velut rei perſequutoria durat perpetuò, licet damnum, quod perit, ad æſtimationem anni temporiſq;, quo factum eſt, redigatur: quod ſi igitur mortiferè fuerit vulneratus, & poſtea poſt longum intervallum mortuus ſit exinde, annum numerabimus ſecundum Julianum, ex quo vulneratus eſt, licet Celſus contra ſcribat *l ait lex §. 1. & l. 15. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

61. Et quamvis verba legis de æſtimatione corporis occiſi tantum loquantur, ex interpretatione tamen prudentûm placuit omnino, eoq; jure utimur ut, quicquid præterea peremto corpore damni datum ſit, reſarciatur: ut ſi ſervus hæres inſtitutus ante aditionem occidatur, non ſolum occiſi, verum etiam hæreditatis

tis fiet æſtimatio *l. 23. pr. ff. h. t. & §. 10. Inſtit. eod* & licet dominus non ante fiat locupletior quam ſervus adierit hæreditatem *l. 63. pr. ff. ad L. Falcid.* tamen ſervus is eſt, per quem hæreditas acquiri potuit, & eo occiſo ipſa periit & intercepta eſt acquirendi occaſio.

62. Quod ſi ſervus & liber, & hæres eſſe juſſus eſt, pretii, quaſi hæres fuiſſet, non fit æſtimatio, *l. 23. §. 1. ff. h. t. n.* Sin autem ita vulneratus ſit ſervus, ut certum eſſet, ipſum moriturum, deinde medio tempore hæres inſtitutus ſit, & poſtea ab alio ictus deceſſerit, æſtimatio corporis perempti non eadem in utriuſque perſona fiet; nam qui prior vulneraverit, tanti præſtabit, quanti eo anno ex die accepti vulneris repetito, plurimi fuit. Poſterior verò quanti in eo anno proximo, quo vitam cum morte commutavit, in quo pretium etiam hæreditatis veniet, tenebitur. *l. 51. §. 2. ff. h. t. Oldendorp. claſſ. 6. act 12. num. 6.*

63. Adde & hoc, ſi ſervus lethaliter fuerit vulneratus, & poſtea mortuus, à tempore mortis facienda eſt æſtimatio *l. 21. § 1. ff. h. t. n.* niſi ab alio occiſus ſit *d. l. 51. § 2.* ſin verò unus & idem eundem ſervum vulneraverit, poſtea etiam occiderit, tenetur de vulnerato & occiſo: duo etenim ſunt delicta: Aliter adhuc, ſi uno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit, tunc enim una erit actio *l. 32. §. 1 ff. d. t.* Quod ſi vulnerato ſervo actum ſit L. Aquilia, poſtmodum eo mortuo ex eodem vulnere nihilominus agi poteſt ex eâdem L. *l. 46 ff. h. t.* propterea quod actum malè ſemper injuriam continet, *ut addit Dn. Godofred. ad d. l 46 lit. q.*

64. Et ex hac L. etiam illud ſummoperè notandum, tam brevi tempore antiquitùs potuiſſe litem peragi, ut ante finiri potuerit judicium de ſervo vulnerato inſtitutum, quam ſervus ex eodem vulnere decedens diem ſuum obierit; ſed ſi priori judicio æſtimatione facta, poſtea mortuo de occiſo agere dominus inſtituerit, exceptione doli mali repelletur ut ex utroque judicio nihil amplius conſequatur quam conſequi deberet, ſi principio de

M homi-

homine occiſo egiſſet *l. 47. ff. h. t. n. junct. l. 11. §. 1. ff. de action. l. 32. in fin. ff de Evict.*

65. Actio quoque L. Aquiliæ non modo rei perſequutoria, ſed aliquando pœnalis, atque ita mixta eſt *§. vi autem bonorum 19. verſ. ſed & L. Aquilia Inſtitut. de action.* duplici nimirum reſpectu.

66. Primo, ſi detur adverſus inficiantem, id eſt, eum, qui damnificavit, & conventus in judicio negat, ſe damnum dediſſe, ſi convincatur mendacii, propter inficiationem dolo malo ementitam in duplum condemnatur *d. §. 19. verſ ſed & L. Aquilia junct. §. in duplum 23. & § ſed furti quidem 26. Inſtit. de action. l. 2. §. 1. l. inde Neratius 23. §. hæc actio 10. ff. ad L. Aquil.* quæ tamen pœna locum non ſortiretur, ſi adverſarius qualitatẽ ſive circumſtantium duntaxat delicti inficiatus fuerit *Ex Bald. Sichard num. 10. C. ad L. contra negantem 4. h. t. n.*

67. Altero reſpectu dicitur mixta non quidem directò & apertè, ſed per interpretationem legis, nempe cum actor, cui damnum illatum eſt, experitur adverſus reum ad ſimplum, ſed ita ut ſimplũ increſcat à juſtà æſtimatione in id quanti plurimi fuit res eodem in anno. *Breviter*: Mixta eſt hæc actio, ſi res in qua datum ſit damnum pluris fuit eo tempore, quam quo damnum illatum eſt. *dn. Bocer. d. claſſ 4 diſput. 2. theſ. 38.*

68. Cum ex primo L. Aquiliæ capite tanti fiat æſtimatio rei, quanti eo anno retrorſum plurimi: in tertio verò capite conſtituatur in id, quanti in triginta diebus proximis ſuperioribus plurimi fuerit, & tamen ubiq; damnum injuria datum vocetur, *l. 2. in pr. l. ait lex 21. §. 1. d. l. 23. §. 3. d. l. ſi ſervus 27. §. tertio autem 5. l. quemadmodum 29. §. fin. l. ita vulneratus 51. §. æſtimatio ff. h. t. n. §. his autem verbis 9. & §. illud palam 14. Inſtit: eod.* in differentiæ rationem, cur minus ſpatium primo, quam ſecundo præfixum ſit, quærendo diſcrepant interpp. Azo, quem communis Dd. ſchola ſequitur, *in ſumma ſua C. h. t. num. 98.* hanc ex tempore reddit.

reddit, quod in primo capite majus aliquod, in tertio verò minus verſetur damnum, minuſque etiam delinquens peccet, cum plus ſit occidere, quam vulnerare, plus itemque interimere manſuetam, quam feram beſtiam, Johannes verò antiquus ille gloſſator, rationem aliquam hujus rei dari poſſe pernegat. Nos communi adhæremus.

69. Actor ex inficiatione conveniens in duplum adverſarium, an nominatim illud petere, an verò eo non petito judex eundem ad hoc expendendum, ex officio condemnare debeat quæritur? Et cum Judex non, niſi imploratum actori impertiri debeat officium *l. dies 4. §. hoc autem judicium 8. ff. de damn. infect.* eum nominatim hoc petere debere, cum *Sichardo ad L. 4. C. h. t. n.* aliiſq;, qui id in praxi etiam uſitatius & receptius eſſe ſcriptitant, omninò putamus *arg l. omnes autem actiones 21. ibi. in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, §. in duplum agimus 23. Inſtit. de Action. d. l. inde Neratius 23. §. hac actio 10. ff. ad. L. Aquil.*

70 Neque illud hic ſicco, *quod dicitur* pede prætereundum, quód L. Aquiliæ actio etiam concedatur adverſus eum, qui conventus confeſſus fuit à ſe damnum eſſe illatum, etiamſi ea confeſſio vera non ſit, ſed falſa, modo tamen ab alio, quocunq; etiam damnum datum ſit, eaq; confeſſoria actio appellatur; Sin autem nullum omnino datum ſit damnum, ne quidem ab alio quodam, actio hæc officium perdit etiam contra falſò confitentem, ſi hic demonſtret poſtea, non eſſe damnum illatum *d. l. inde Neratius 23 §. ult. & ll ſeqq. ff. ad L. Aquil.*

71. Si plures damnum dederint, veluti ſi plures ſervum percuſſerint *d. l. item ſi Mela 11. §. ſed ſi plures*, vel trabem dejiciendo hominem oppreſſerint *d. l. 11. §. ſi plures trabem. ff. h t n* quæritur an omnes teneantur? Et deciſum invenimus, ſi priori caſu conſtiterit, cujus ictu perierit, ille quaſi de occiſo teneatur. Quod ſi non appareat, omnes quaſi occiderint teneantur idq; eo caſu indiſtinctè; & ſi cum uno eorum actum ſit, cæteros non liberari,

quia L. Aquilia, quod alius præſtitit, cum pœna ſit, alterum non ſublevat: *facit huc l. 7. in fin. junct. l. 8 ff. de juriſdict.* ubi tamen Dd. id tum primum certum & verum eſſe volunt, ſi dolo quodam datum ſit illud damnum, non etiam, ſi culpâ, *Coſtal. ad d. l. item Mela 11. §. ſi plures ff. h. t. n.*

72. Sed utrum ſinguli in ſolidum teneantur, etiã quo ad ipſius damni æſtimationem, adeò quidem, ut quod unus præſtitit, alterum non relevet, difficilior adhuc & intricatior videtur eſſe quæſtio? De mero jure ajens ſententia licet obtineat, quia tamen juxta *l. placuit C. de judic.* æquitatis & veritatis amantes, præſertim in pœnalibus & ſtudioſi eſſe jubeamur, nos in quantũ non pœnalis *arg. l. ſancimus 22. C. de pœn.* ſed rei perſequutoria *arg. l. 5. ff. de calumn.* hæc actio eſt, à ſingulis quidem ſolidum peti poſſe *arg. l. ſi plures 6. in pr. ff. arbor. furt. cæſar. & l. 3. ff. de his qui dejec. vel effud.* ſed ab uno, quod præſtitum eſt, alios relevare *l. 1. §. ult. junct. l. 3. ff. de his qui dejec. vel effud. l. 1. in fin. ff. de exercit. act. l. qui ſervum 34. in pr. verſ. quoniam ff. de O. & A. l. 1. C. de condict. furt.* quia bona fides non patitur, ut idem bis exigatur *l. bona fides 57. ff. de R. I. Hottom. ad §. his autem verbis Inſtit. de L. Aquil. & illuſt. quæſt. 33. Weſenb. in parat. tit. ff. d. t. num. 9.* quos, & plures alios referendo ſequitur *dn. Bocer. dict. claſſ. 4. diſput. 2. theſ. 43. lit. C. D. Arum. dict. diſput. 10. theſ. 6.*

73. Unde evenit, ut ſi liber homo in rixâ interfectus ſit, & ſciri nequeat, cujus percuſſione ictus perierit, omnes & ſinguli, qui percuſſerunt, conjugi ejuſq; liberis, vel parentibus, damnum, quod inde contraxerunt, emendare teneantur inſolidum *d. l. item Mela 11. §. ſed ſi plures 2. §. ſi plures. 4. & l. ita vulneratus 51. §. idq; eſt conſequens ff. ad L. Aquil.* Quod ſi unus ex his ſolidum præſtiterit, cæteri immunes & liberi erunt, *arg. d. l. 1. §. ult. junct. d. l. 2. ff. de his qui dejec. vel effud. d. l. 1. in fin. & d. l. 3. ff. de Exercit. act. d. l. 1 C. de condict. furt.* idem eſt, ſi vulneratus ſit in multorum rixâ, nec de eo, qui vulnus inflixit, conſtat: omnes etenim in ſoli-

ſolidum obligantur ad damnum illud reſarciendũ, *per citata jura.*

74. Legis Aquiliæ actio datur etiam hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus, in hæredem autem & reliquos ſucceſſores non item, cum ſit ex maleficio pœnalis. & pœnæ ſuos debeant tenere authores, & nequidem eo in caſu, quo rei perſequutoria eſt, niſi lis fuerit cum defuncto conteſtata, vel ex ipſo damno lucri quiddam ad hæredem pervenerit *per text. l. inde Neratius 23. §. hanc actionẽ ff. ad L. Aquil. §. his autem verbis 9. in fin. ubi gloſſ. & Hottõ. Inſt. eod. §. non autem Inſtit. de perpet. & tempor. action. l. totiens 44. & l. pupillum 111. §. 1. ff. de R. I. Gomeſ. tom. 3 variar. reſolut. cap. 1. num. 85. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. jur. 27 Fachin. lib. 9. controv. cap. 5. Farin. lib. 1. prax. criminal. tit. 1. de inquiſit. quæſt. 10. nu. 64.*

75. Nec importunè hic paucis inveſtigare lubet, an actio L. Aquiliæ infamiam condemnato importet? Negativam defendi poſſe non ambigimus *arg. l. ſi ſervus ſervum 27. §. ſi cum mariritus 30. & ibi gloſſ. ff. ad L. Aquil. junct. l. Divortij 2. C. Rer. amot.*

76. Cum eâdem hâc actione ex eodem facto concurſum ſortitur ex L. 12. tabb. arborum furtim cæſarum actio *l. 1. l. 5. §. 1. l. pen. ff. arbor. furt. Cæſar.* utputà contra eum, qui alienam arborem (cuius appellatione etiam veniunt vites, hæderæ, & arundines, *l. 3. in pr. & §. 1. ff. d. t.*) ignorante domino, celandique ejus cauſa, furtim & clam, *l. furtim 7. in pr. & l. ſeq. in fin. l. facienda 8. §. 1 ff. eod.* vel cædit *d. l. 5. pr.* vel ſubſecuit *d. l. furtim 7. §. 2.* cujus in condemnationem duplum venit *d. l. 7. §. ult.* ita ut duplo ipſum damnum inſit *d. l. facienda 8. in pr. & l. ſeq. ff. d. t.* licet plures eandem arborem ceciderint, cum ſingulis namq; in ſolidum agetur *l. ſi plures 6. in pr. ff. arbor. furt. cæſar.*

77. Quod ſi tamen de arboribus cæſis, ex L. Aquilia actum ſit, nihilominus ex l. 12. tabb. hac actione experiri permittitur *d. l. pen. ff. arbor. furt. cæſar.* non obſtante eo, quod dicitur *in l. 1. ff. ad L. Aquil.* L. Aquiliam omnibus legibus, quæ ante ſe de damno injuriæ loquutæ ſunt, derogaſſe, ſive L. 12. tabb. ſive quæ alia

fuerit: Nam hoc ipſum de iis proditum eſt legibus, quæ ſimpliciter de damno injuriȩ dato promulgatæ & conſtitutæ erant, è quarum numero non eſt lex 12. tabb. in ea parte, quâ nominatim interdicit de arboribus furtim cæſis: ſiquidem non generaliter de damno cavit, ſed tanquam ſpecialiter addito de damno arborum furtim cæſarum, neq; id adhuc ſimpliciter de damno injuriâ dato, ſed limitatè ſi quid illatum arboribus furtim & clam cæſis: cum itaq; per ſpeciem generi derogetur, dicendum non prohiberi aliquem intentâta prius L. Aquiliæ actione, poſtea arborum furtim cæſarum, ſed in eo duntaxat. quod amplius eſt in eâ, intentare actionem *d. l. 1. ff. h. t. n.* Ratio eſt, quia ex uno facto utraq; illa actio pœnalis deſcendat: *Donell. lib. 21. comment. jur. civil. cap. 3. linea 28.*

78. Sic quoq; concurrit cum hac L. Aquiliæ actione, injuriarum actio, veluti ſi quis ſervum meum loris cædat. tenetur non ſolum mihi hac priori L. ſcilicet Aquiliæ, ſi læſerit, vulneraverit, aut occiderit ſervum, ſed etiam ſi id in mei fecerit injuriam poſteriori injuriarum videlicet actione *l. qui ſervum 34. in pr. ff. de O. & A.* unâ tamen electâ altera conſumitur, niſi in aliâ plus ſuperſit.

79. Similiter & actio commodati, ut ſi tibi veſtimenta commodavero, & tu eadem ruperis: Et quamvis prius commodati egerim, mihi tamen adhuc & L. Aquiliæ actio competit, ſcilicet in eo, quod amplius continet *l. unde quæritur 7. § 1. ff. commod.* Quod tamen propter difficultatem textus alicujus *in l. qui ſervũ 34. § ult. ff. de O. & A.* varias accepit interpretationes & judicia: Singulare eſt Donelli *d. loc.* Singulare itidem Cujacii *lib. 3. obſ. 25.* utrumq;, ſi rectè conſideraverimus, verum & ad idem recidit.

80. Concurrit quoq; cum L. Aquiliæ actione, actio furti, ut ſi quis idem animal & ſurrupuerit & interemerit, nec una electa aliam conſumit *l. 2 § 1. ff. de privat. delict.*

81. Imò & publicum L. Corneliæ judicium, putà ſi quis hominẽ dolò malo occiderit: Et quamvis ex hac prius fuerit actum; atta-

attamen L. Aquiliæ nullum exinde generatur præjudicium *d. l. inde Neratius 23. §. ſi dolo ſervus ff. h. t. n. l. qui ſervandarum 14 §. 1. ff. de præſcript. verb. l. 1. C. quand. civil. act. criminal. præjudic.* Etenim ſi quis dolo ſervum meum occidat & hac actione L. Aquiliæ, quæ privata eſt, mihi tenetur propter damnum illatum, & lucrum interverſum: Deinde etiam ex L. Cornelia de Sicariis, quod doloſa internecione uſus ſit in ſervũ meum interemptum: quia ſolus dolus in ea lege punitur, non damnum injuriæ *l. 1. §. Divus, & l. in L. Cornelia 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

82. Tandem devenimus ad damni genus alterum; quod eſt, cum quis integro & illæſo manente corpore rei, alteri nocumento eſt; ut, ſi quis miſericordiâ ductus ſervum alienum compeditum ſolverit, ut aufugeret *§. ult. Inſtit. h. t. n. l. & eleganter §. idem Labeo ff. de dol. mal.* vel de manu alicujus excuſſerit nummos, annulum, poculum, aut aliud ejuſmodi, & illud in flumen, mare vel cloacam incidit *l. ſi ſervus ſervum 27. §. ſi quis de manu, verſ. idem etiam factum ff. ad L. Aquil. & l. qui ſervandarum 14. §. 2. l. Duo 23. ff. de præſcript. verb.* vel ſi quis aprum alienum ferum in naturalem ſuam laxitatem dimiſerit *l. in laqueum 55. in fin. ff. de A. R. D.* vel ſi quis per laſciviam fugaverit pecudem alienam, quam alius poſtea abſtulit *§. interdum quoq. 11. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

83. Et hinc actio peculiaris contra eundem, qui tale quippiam intulit damni, domino læſo & damnum paſſo conceditur, eaq; in factum ſubſidiaria adpellata eſt, ex jure Prætorio deſcendens, ſi ejus religioni & æquitati viſum fuerit *l. quia actionum 11. ff. de præſcript. verb.* & naſcitur ex ejuſmodi damno, in quo omni ex parte Lex Aquilia deficit, & neq; corpore, neq; corpori damnum illatum eſt *§. ult. Inſt. h. t. n. l. 7. §. 7. ff. de dol. mal.*

84. Differt tamen ab utili in factum L. Aquiliæ actione, quod ſubſidiaria videlicet in factum actio, dari videatur ex merâ quidẽ cognitione judicis competentis: Altera verò utilis in factum L.

Aqui-

Aquiliæ actio, etiam ex competentis quidem judicis cognitione, ſed ad exemplum alicujus legis vel edicti, vel ſimilis juris conſtitutionisvè, dum legem juſtam ac neceſſariam magiſtratus in eo, quod ipſi deeſt; ſupplet *l. 11. ff. de præſcript. verb.*

85. Tantum de damno injuria dato, & L. Aquilia: ſuccedit quarta & ultima privati delicti ſpecies; unde quarta ſpecies obligationis ex delicto privato deſcendit; quæ INJURIA ſive ſpecialius CONTUMELIA appellatur, cujus cum naturalia & ſubſtantialia varia ſint, ac propemodũ multiplicia & infinita adeoq; per totum jus noſtrum diffuſa ferè, *atteſtante Heigio part. 2. quæſt. 31. in pr.* nos imitati Virgilium, qui ex ſtercore Enniano aurum collegiſſe dicitur; utiliora de eâ, & quæ magis quotidiana juxta conſilium JCti Pauli *in l. legavi 25. ff. de liberat. legat & Ulpiani in l. certè 6. §. quæſitum 4. ubi Gothofred: lit. b ff. de prec. l. certi 9. § ſi nummos meos 8. ff. de Reb. credit.* in medium proferemus. Et inprimis ſumitur vel *generaliter*, vel *ſpecialiter pr. Inſtit. hic & l. 1. ff. eod.*

86. Generaliter ſignificat omne id, quod non jure fit, quaſi non JURIA, etiamſi ſine dolo & culpa perpetretur; cujuſmodi eſt homicidium fortuitum; quomodo etiam eidẽ opponitur Jus, quod cum propriè in bruta non cadat, exinde elicit JCtus neq; injuriam in ea cadere, ut eam patiantur vel inferant *l. 1. §. 1. ff. ſi quad. pauper feciſſ. dic.* Atq; hanc injuriam Græci παρανομίαν ſive τὸ παράνομον appellant *Ampliſſ. vice Cancell. Vultej. in pr. Inſtit. h. t. n. num. 2.* quodq; non ſolum contra jus & æquitatem naturalem; verum etiam Civile & ſcriptum committitur. Atq; in hac generali & largâ ſignificatione omnia omninò delicta tam publica quã privata, quod contra jus fiant, non incommodà injuriæ adpellari dicive poſſunt; Specialiter verò tribus modis.

87. I Pro damno culpâ non jure dato, ſicuti in L. Aquilia ut in præcedentibus attigimus: cum non nobis, ſed in rebus noſtris damnum aliquod infertur culpâ alterius, eaque injuria peculiare hoc conſequuta eſt nomen, ut dicatur *damnum injuriâ datum*,

Græcis *ἀδίκημα* dicitur. II. Pro injuſtitiâ & iniquitate judicis, quam judex iniquè & injuſtè ſententiam proferendo exercet, & ſimiliter à Græcis *ἀδικία* vocatur. Et licet Judex etiam tum, quando iniquè quid decernit, jus reddere dicatur, ut *ait l. pen. ff. de I. & I.* litigatorem tamen injuriam paſſum dicimus *Mynſ. ad Rubric. Inſtit. h. t. n. num. 2. per l. ſi per imprudentiam 51. in pr. ff. de Evict. arg. l. 8. & l. 15. C. eod.* factâ nimirum relatione ad id, non quod ita fecit, quia ſive malè ſive benè judicaverit ſemel officio functus eſt, neq; ſententiam corrigere amplius poteſt. *l. judex 55. ff. de re judicat.* ſed quod facere debuit.

88. Atq; hoc caſu quamvis injuſtitiam admittat, nullam tamen infert ei contumeliam, quem ita iniquè condemnavit, cum ſuperſit remedium corrigendi latam ſententiam, ejuſdemq; iniquitatem *l. 1. in pr. ff. de Adpell.* & nullum etiam committit verum maleficium, ſed, quoniam per imprudentiam peccavit, quaſi maleficium, *ut tot. tit. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. delict. naſc.* Quapropter eam etiam ob cauſam injuriarum judex conveniri non debet, quicquid enim fit ſub prætextu juris extra hanc eſt actionem, cum juris executio nullam habeat injuriam *l. injuriarum 13. §. qui publice 1. & §. quæ jure 6. ff. de injur. d. l. ſi non injuria 15. C. de Eviction.*

89. III. Pro contumeliâ, à contemnendo, & Græcis *ὕβρις*, Germanis ein ſchmach dicta *l. 1. § 1 ff. h. t. n.* eam fortaſſis ob rationẽ, quod nemo, niſi quẽ contemſit, tali injuriâ notat, ita, ut hanc injuriam contumelioſam adpellare poſſimus *cum Senec. lib. 2. de tranquillit. vitæ.* in qua ſignificatione eam hoc loco adſumimus.

90. Et eandem definimus, quod ſit delictum privatum, *per princ. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc l. ex maleficio 4 & l. qui ſervum 34. in pr. ff. de O. & A. cum ſimilib.* dolo malo *d. l. qui ſervum 34 l. 3. §. . & l. lex Cornelia 5. § ſi quis & § non ſolum 11 Inſt. h. t. n.* in hominem liberum *l. 1. § omnemq. ff. de injur. arg. l quod attinet 32 & l. ſervitutem 209. ff. de R. I. §. ſervis autem Inſt. h. t. n.*

N *l. decem*

*l. decem ff de V. O.* Contumelioſè *d. l. 1. l. injuriarũ 13. §. ſi quis de honoribus in fin. l. item apud Labeonem 15. §. ſponſum 24. §. ſi quis ſervo 46. & §. pen. ff. h. t. n. l. ſi non convicij. 5. & l. liberos 9. ibi, infamandi, cum l. ſeq. C. eod. l. qui injuria 53. ff. de furt.* admiſſum, ad corporis læſionem & dignitatis famæque diminutionem pertingens. *aliter Donell. lib. 15. comment. jur. civil. cap. 24. & Cujac. lib. 55. Pauli ad Edictum, iterũq́; ex illis dn. Bocer. d. claſſ. 4. diſputat. 4. theſ 1. Mynſ. ad pr. Rubr. h. t. n.*

91. Licet circa injuriæ diviſionem varient interpretes, quam retulit Ictus Ulpian. *in d. l. 1. §. 1. ff. de injur.* dum alii quatuor, realem ſcilicet, verbalem, ſcriptam & geſtam, *ut Mynſ. & Heig. ad §. 1. Inſt. h. t. n.* Alii tres, *ut Azo & Hoſtienſ. in ſum. tit. de injur. Weſenb. in paratitl. eod. num. 3 Donell. d. lib. 15 comment. jur. civ. cap. 24. Borcholt. ad pr. Inſt. h. t. n. Farin. lib. 3. variar. quæſtion & commun. opin. criminal. inſpect. 1 num. 2. & alij ab eodem allegati*, conſtituant ſpecies. Labeonis tamẽ, quamvis logicam non redoleat injuriæ partitionem, quâ in REALEM & VERBALEM, diſpeſcitur, tanquam magis commodam & in jure perfectam, defendere & propugnare haut verebimur *per d. l. 1. §. 1. ff. h. t. n.* quæ cum nullâ aliâ lege nullâve conſtitutione expreſſim abrogata, multò minus correcta inveniatur, nos illi tamdiu inhærebimus textui, donec contrarium à contradicentibus fuerit probatum, *arg. l. præcipimus 32. C. de appellat. l. ſancimus 27. C. de Teſtament.* Nec enim contra legem, aut ſine eâ loquendum *Nov. 18. c. 5. in pr. Schneidew. ad pr. Inſtit. h. t. n. num. 1. Gail. lib. 2. obſerv. 104. num. 4 dn. Vicecancell. Vultei. lib. 1 juriſpru. Roman. cap. 49. num. 5. & dn. Præcept. Anton. Matthæus ad pr. Inſt. de injur. Treutl. diſput. 30. vol. 2. theſ. 5 lit. c. Hakelm. illuſtr. quæſt. diſput 23. theſ. 15.*

92. Realem idcircò injuriam eam vocamus, quæ facto aliquo infertur *d. l. 1. §. 1 ff. h. t. n.* utpotè quoties manus inferuntur. Eaque viciſſim ſubdividitur: Aut enim in corpus infligitur, aut extra corpus imponitur *l. ſed eſt quæſtionis 6. ibi. quod dicimus rem-*

*juriam*

*juriam atrocem fieri, utrum ſi corpori inferatur atrox ſit, an etſi non corpori ff. de iniur. Paul. lib. 5. ſentent. 4. in pr. ibi. iniuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus.*

93. In *corpus* infertur, quando alicujus corpus contumelioſè tractatur, verberatur, pulſatur & cæditur *d.* §. 1. *Inſtit. h. t. n l. 1. §. 1. ff. de iniur.* Similiter ſi barba alicujus, vel crines evellantur, *ut adnotavit Bald. ad tit. 27. de pac. tenend. & eius violator numer 8. lib. 2. Feudor. & poſt eum ibidem. Alvarot. ad §. ſi quis aliquem num. 3 dn. Herprecht. in tractat. criminal. num. 5. ad d. §. 1. Inſtit. h. t.* Aut pulſatus quidem non eſt, verum manus adverſus eum levatæ, ſæpiuſq; territus, quaſi vapulaturus, *Paul. dict. loc. ubi Cuiac. l. idem apud 15. ff. de iniur. junct arg. §. corpori iniuria in lib. 5. ſentēt. Paul. cap. 4.*

94. Differentiam tamen habere videntur inter ſeſe, quantum ad *iniuriarũ* attinet *actionem*, verba iſta, verberare, pulſare & cædere: Nam ultimum illud generale eſt, pulſationem nimirũ verberationem, & quæſtionem corruptionemque & ſimiles ſpecies comprehendens: unde *Alciat. l. 4 de V. S.* ideoque, *inquit*, qui ſine gravi impetu ſaxo percutiit, verberaſſe tamen dicetur. *Verberare* eſt cum dolore: *pulſare* verò ſine dolore *l. lex Cornelia 5 §. 1. ff h. t. n.* in aliis vero actionibus nihil intereſt, ita, ut *L. Valla lib. 6. elegant. cap.* 47. concedere libenter queamus, *verberare* idem eſſe, quod verbere, id eſt, fuſte, virgâ, baculo, loris, flagello, ferulâ, arundine, & ſimilibus cædere: *pulſare* verò gravi ictu cædere, nec tam inſtrumento brevi, quam longo, ut pugnis & calcibus: *Dn. Gothofred. ad d. l. 5. §. 1. lit.* U.

95. Atq; hinc non inſulsè eliciunt quidam, inter quos Anteſignanum agit *Bald. in Rubr. C. de pœn. iudic. qui mal iudicav. num. 7. & Salycet. in l. ult. num.* 4. *C. eod. Cravetta conſil. 806. Gilhauſen in comment. de iniur. & famoſ. libell. §. 1. num. 243. Alexand. in l. 1. in pr. ff. quod quiſq; iur.* etiam à judice, qui nullâ de aliquo quęſtione habitâ modum in torquendo exceſſit, injuriam committi,

 adeò

adeò quidem, ut exinde teneatur & injuriarum nomine conveniri poſſit: Et hoc inſuper addentes alii, talem judicem, qui dolo malo aliquem tormentis ſubjecit, pœnâ mortis plectendum eſſe conſuluerunt, *arg. l. milites 8. § oportet autẽ 1. & l. Decuriones 16. & l. nihil 17. C. de quaeſt Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fi. qu. 64. num. 2. & in addit. Ioh. Bapt. Bajard. Menoch. de arbitr. judic. quaeſt lib. 2. centur. 4. caſ. 340 num. 3. & 4. & ab eodem allegat. Hypol. de Marſil. in l. 1. in pr. nu. 18 & in l. quaeſtionis modũ 1. nu. 72. ff. eod.* Hâc tamen conjunctâ cautelâ, ſi innocenter & indebitè tortus mortuus fuerit: aliâs tamen ad arbitrariam pœnam procedi poſſe ſtatuentes.

96. Realis etiam injuria & quæ corpori infligitur ea eſt; ſi ſtuprum alicui inferatur *Paul. citat. loc. §. corpori injuria, ubi Cujac.* vel de eo interpelletur, vel ſtupri cauſa in aliquam irruat *d. l. 1. §. Divus 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Paul. dict. loc. in §. qui latronem. item*: ſi quis tam fæminam, quam maſculum, ſive ingenuos ſive libertinos, impudicos facere attentaverit, etſi ſervi pudicitia attentata *l. 9. §. final ff. & §. 1. Inſtit. h. t. n.* & ſerva ſtuprum paſſa fuerit *l. 25 ff. d. t.* & *Attentari* pudicitia dicitur; quando id agitur, ut ex pudico, impudicus quis fiat *l. 19. ff. h. t. n.* ſermone vel blanditiis *l. 15. § 19. & trib. §§§. ſeqq. ff. eod* vel ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, vel cœno, aut luto aliquem conſpurcaverit *l. 1. §. 1 ff de extraordin. criminib.* itemq; ſi quis malo medicamento, aliove modo mentem alicujus alienaverit eumq; ad inſaniam adegerit *d. l. item apud 15. in pr. ff de injur.*

97. Extra corpus re alicui infertur injuria, quando quis citra corporis ſui offenſionem & diminutionẽ facto quodam injurioſo deſpicitur, ut, *exempli gratia*, ſi quis oſtium alterius effringat, *l. qui injuria 53 ff. de furt* ſi domum alterius vi introëat *l. Lex Cornelia 5. in pr. l. qui in domum 23 ff. de injur. §. ſed & Lex Cornelia Inſtit. eod.* ſi quis comitem alicujus abducat, ſive liberum, ſive ſervum, ſive maſculum, ſive fæminam, in publico privatoq; *l. 1. §. 2. l. 15. § 1. & 16 ff. h. t. n.* quem Labeo definit ad hunc modum:

Comes

Comes eſt, ajens, qui frequentandi cujuſq; gratia ut ſequeretur, deſtinatus eſt, *d. l. 15. §. 16 ff. h.* in quorum numero habentur etiam Pædagogi *d. l. 15. & 16.*

98. Non tantum autem injuriarum tenetur ille, qui abducere comitem cæpit per vim, ſed etiam, qui perſuaſionibus, ſubdoliſq; verbis perfecit, ut comes cum aliquo non converſaretur *d. l. 15. §. 18. & facit. l. 11. §. 6 ff. de injur. l. 5. §. 2. ff. Ne quis eum, qui in jus vocat vi exim. l. 14 ff. ad L. Cor. de Sic.* Et PERFECISSE hic neceſſe eſt, neq; ſufficit cepiſſe; quandoquidem lex loquatur, ſi ei comitem abduxit, ut. *l. 1. §. 1. verſ. hæc autem verba in ff. quod quisq; Jur. in alt. ſtat. &c.* cum effectu itaq; accipi debet, alias etiam lex conatum punit, *dn. Gothofred. in not. ad L. 18 ff. de pæn.* plura adducit & refert *Iur. Clar. lib. Recept. ſent. 5. § final. quaſt. 62. per tot.*

99. Etiam ipſe qui matremfamil. aut prætextum, prætextamve adſectetur § *iniuria autem committitur verſ. ſive quis matremfa. Inſtit. de injur.* quod eſt verum in muliere honeſtâ, ſecus in inhoneſtâ, vel etiam honeſtâ, in veſte tamen ancillari, vel meretriciâ incedente: Talis enim quis eſſe præſumitur in quali habitu reperitur *d. l. 15. §. ſi quis virgines 15. ff h. t. n.* & ſervum alienum contra bonos mores verberaverit *l. 15. §. 14. ff. h. t. n. concordat l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil.* Contra bonos mores factum ſive potius verberatum hoc in loco accipimus, non ſolum quod bonis moribus ejus qui facit, adverſatur, ſed etiam quod bonis moribus civitatis improbatur *d. l. 15. §. 38 ff. h. t. n.* vel ad infamiam & invidiam alicujus ſpectat. *d. l. 15. §. 5. & 6. ff. eod. facit. l. 38. d. t. l. 5. ff. de extraord. crimin. l. 1. § 5. ff. de ſerv. corrupt.*

100. Adde & eum, qui, ut ICtus Gajus ex Labeone *in l. 15. §. 19.* retulit; aliquem eorum adpellaviſſet, adſectatusve eſt: *Adpellare* eſt hic blandâ oratione alterius pudicitiam attentare, quod adverſus bonos mores fit, *d. l. 15. §. 20. & 22.* *Adſectari* autem, quando quis tacitus frequenter inſequitur: adſiduæ etenim fre-

quentiâ non nullam infamiam præbet *d. l. §. 22. ubi dn. Gothofr. in not. lit. z. & §. 1. Inſtit. eod.*

101. Quin imò & is, qui ſtudioſè & ſcienter mitti ſe petit in poſſeſſionem alterius, fortaſſis abſentis, tanquam debitoris, cum veritate inſpectâ nihil omnino debeat, quod vel ſolutio facta ſit, vel pactum de non petendo initum interceſſerit, injuriarum ei, in cujus bona miſſus eſt, obſtringitur: nam eo ipſo efficit, quod homines aſſertum debitorem exiſtiment, non eſſe ſolvendo, & utilitatem rèi familiaris detegi ignominioſum alias ſit *l. 2. §. 1. C. quand. & quib. quart. pars deb. ex bon. decur. lib. 10.* Poteſt & talis de falſo puniri, tanquam ſi obrepſerit judici *l. ſi quis obrepſerit 29. ff. ad L. Cor. de falſ.* Quod ſi autem verus fuerit debitor, & judicis autoritate intraverit poſſeſſionem, eo caſu, quia jure ſuo utitur creditor *l. juſtè 11. ff. de adquir. vel omitt. poſſeſſ. l. 3. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. 167. §. 1. ff. de R. I. arg. l. 137. ff. eod. l. 29. in fin. ff. de Nov.* nullam infert ei iniuriam: Secus, ſi propriâ autoritate, proprioq; motu ſuggillari faceret debitoris domum· tum enim injuriarum judicio tenebitur, *l. ſi iniuriæ ff. h. t. n.* cum & jus ſuum perdere videatur *l. nam civium ff. de his qui ſui vel alieni Iur. ſunt.*

102. Si porrò aliquis, nobilium, aliorumq; illuſtrium virorum, ut & in dignitate quadam conſtitutorum, & prædivitum præſertim mercatorum, qui ſæpè ex ſola promiſſorum fide dependent, bona & merces iniquè, nulloq; jure detinuerit, arreſtaveritque, quin injuriarum teneatur, extra dubitationis aleam poſitum eſſe videtur. *arg. l. ſi creditores 16. in fin. ff. de privileg. creditor (aliàs l. 31. ff. de reb. authorit. jud. poſſid.) l. item apud 15. §. ſi quis bona ff. de iniur. & l pen. C. qui bon. ced. poſſ. Henning. Goden. conſil. 38. nu 6.* Veriſſimum etenim eſt, quod bonis & gravibus perſonis metus infamiæ major eſſe ſoleat, quam metus mortis, non ſolum, quando talis metus jam jam imminet, ſed etiam, ſi aliquandò futurus videatur, *per l. iſti quidã §. pen. ibiq; gloſſ verb. mulier ff. quod met. cauſ.* & minor perſonæ coercitio, major æſtimanda cenſetur quâ-

vis

ris pœnâ pecuniariâ, *Hoſtienſ. ad c. tuæ ext. ut lit. non conteſtat. non procedat.*

103. Aliud in contrarium obſervandum arbitramur, ſi juſſu & autoritate judicis, eadem arreſtari curaverit, nam hoc caſu actionem injuriarum ceſſare tam apertum eſt, quam quod apertiſſimum; præcipuè ſi judex legitimè ac præviâ cognitione cauſæ ad arreſtandum devenerit, & præſumptio ſtet pro ipſo, ſe id injuriandi animo non feciſſe *l. 2. ubi dn. Gothofred. C. de offic. Civil. jud. Alciat. in tract. præſumpt. regul. 3. præſumt 9.* ut propterea rectè locum accipiat hîc vulgatum illud, eum qui autoritate judicis poſſeſſione ſuâ privatus eſt, non intelligi ſpoliatum, nec ante omnia reſtituendum eſſe, propter obſtantem juris præſumtionē, *latè Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 8. quæſt. 1. num. 3. & ſeqq.*

104. Atque hinc non minus verè, quam cautè tradidit *Petr. Peck. in tract. ſuo de jur. ſiſtend. cap. 16. num.* 3. non ſimpliciter ad cujusvis inſtantiam implorationemve, à judice decernendam eſſe arreſtationem, ſed tum primùm, quandò aliqualis ei facta eſt fides de debito: ſive id fiat per oſtenſionem inſtrumenti, obligationis, vel per teſtes, qui deponant de illo, ſi fortean Syngrapha deperdita, vel non in promtu habeantur, vel etiam per aliam, legitimam tamen, & ſummariam aliquam probationem, quà judex permotus credat aliquatenus verum id eſſe & liquidum, quod deſideratur & aſſeritur, debitum.

105. Sed ſi judex omiſſâ cauſæ cognitione ſtatim ad arreſti exequutionem deſcenderet, adeoq; ad nudam ſimplicemq; creditoris adſeverationem concederet arreſtum; anne propterea & continuò injuriarum eum conveniendum dicemus? Si nulliter, & in gratiam fortaſſis creditoris proceſſiſſet, non ſolum ipſemet judex, verum etiam arreſtum impetrans, injuriatum omninò tenebitur, nec immeritò, *arg. l. in uriarum* 13. *§. quæ jure*, *junct. l. magiſtratibus* 32 *ff. h. t. n. l. meminerint 6. C. und. vi c. conquerente 7. extr. de reſtitut. ſpoliator.* ceſſat, nempe hic in præcedentibus alle-

allegata præſumtio; Quare impunè etiam ei reſiſti poſſe: *arg. l. factum 170 ff. de R. I.* quoniam reſpectu eorum quæ extra officium admiſit ſuum, privati loco habetur *per d. l. nec magiſtr 32. & l. 167. §. 1. ff. de R. I.* & executio ſperni poteſt, cui judex datus ſententiā abs ſe dictam mandare vult, quia ad ipſius non pertinuit officium, ita nulliter & ſine cauſæ cognitione procedere *l. à D. Pio 15. in pr. ff. de Re judic. l. prohibitum 5. C. de jur. fiſc. l. omnes 33. C. de Decuriō. l. contra 5. C. de executor. c. priuſquam 4. diſt. 18.*

106. Notiſſimi quoque licet juris ſit, regulariter dolum non præſumi, ſed probandum eſſe *l. quotiens 18. §. 1 ff. de probat. l. ſi Prætor 75. verſ. Marcellus ff. de judic. l. dolum 6. C. de dol. mal.* & quamlibet cauſam etiam fatuam, injuſtam & frivolam ab eodem excuſationem præſtare *l. 1. §. ult. ff. de Abige. l. igitur 12. §. poteſt & §. ſeq. ff. de liber. cauſ.* quæſtionis tamen eſt non leviuſculi valoris, utrum ille, qui neq; caſu fortuito, neq; culpâ aliquâ in aream alienam, vel ædes vicini fimum corruptum immiſerit, aquam ſordidam per fiſtulas ſive lacum effuderit, aliaſque ſordes graveolentes projecerit, injuriandi cauſa id feciſſe præſumi, adeòq; actor ab onere probandi liberari queat? Adfirmativam ſententiam veriorem judicamus.

107. Nec enim prædictæ regulæ juris, tunc eum ſortiuntur effectum, ſi aliquid agatur, quod per ſe, & ſuâpte naturâ illicitum, & inſigni quâdam reprehenſione dignum eſt, quia animus injurandi, doluſque hoc ipſo facto ineſt *l. ſi non convicii 5. C. h. t. n. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 7. num. 13. & Maſcard. de probat. volū. 1. concluſ. 531. num. 10.* ut ita in hoc caſu conſequi omninò neceſſe ſit, eum, qui de induſtriâ datâque operâ ejuſmodi quid, quod damno & dedecori futurum ſit vicino, effundat, immittat, & projiciat, præſumptione convinci, id animo injuriandi ſe perfeciſſe. niſi fortè apertè adhuc dubitetur, num ex propoſito, an verò culpâ, vel caſu quodam prædicta commiſſa ſint, quia tum cum omne delictum culpâ & quidem levi ideoque caſu potius, quam

[illegible] factum præſumi debeat, actorem oneri probandi ob-
[illegible] *per l. 4. C. [illegible] in obſcuris & l. [illegible] ff.*
*de R. I. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 2. num. 30.*

108. Illud hic inſuper addere placet, an, quia evidentiſſimè locupletibus ignominioſum aliquo modo videri poſſit, nō habere fidem illorum nudis promiſſionibus, is, qui ab iiſdem fidejuſſorem exigit, injuriæ notā eos notaſſe dicendus, & ob id injuriarū ab illis conveniendus ſit? Et ſanè, quia multi, faſtu magis turgidi, & falsā opinione perſuaſi, nōnihil ſtomachari & ſuccenſere eidē aſſolent, quaſi illorum fides ludibrio & contemptui exponeretur, *per l. bona fides 3. 6. & l. paterm 100. ff. de R. I.* & fidejuſſor, ut tantò magis cautum proſpectumq; alicui ſit, accipiatur *arg. pr. Inſtit. de fidejuſſor.* & ſuperflua cautela non noceat *l. teſtamentum C. de teſtam. l. non ſolent ff. de R. I. l. ideoq; ff. de manumiſſ. teſtam. l. ſi ſervo § ult. ff. de alimend. legat.* cum injuriarum nequaquam teneri, est aſſeveratio noſtra: quia aliàs etiam actus agentium in meliorem ſemper partem, & citra injuriam accipi debent, ut quam longiſſimè remoti ſint ab injuria. *arg. l. item apud 15. § ſi commu- [illegible] 26. ff. h. t. [illegible] l. meritò 31. ff. pro ſoc. conf. [illegible] hic text. in l. cum pater 77. § rogo. 25. ff. de legat. 2. & in l. omnimodo 36. C. de inoff. teſt. [illegible] l. 3. § ſi tamen ff. de liber. homin. exhibend. nullus videtur 55. ff. de R. I.*

109. Aliis tandem explicitæ huic injuriæ reali, quæ extra corpus committitur ſuperaddi poſſunt, & varii injuriandi modi atq; formulæ quæ geſtu & habitu fiunt: ut, ſi quem claudum, cæcum, aut ad furcam contumelioſè pingit. *Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 139.* ſi quis in contemptum alicuius, lugubri, aut ſqualidæ, vel alia veſte utatur, *d. l. item apud 15. § hæc autem ferè ſunt & l. ſordidam 20. ff. de injur.* vel linguam in alterius deſpectionem exerat, oculos diſtorqueat, barbam capillos ve diruttat, digitum oſtendat *Damhouder. d. l. [illegible]* ſi fæmina cū vituperio quædam depingatur nuda *Jul. Clar. lib. 5. ſentent. § final. quæſt. 6. num. 25. Cuiac. lib. 6. obſervat. cap. 9. [illegible] deciſ. 120. & alii plures, de*

qui-

*quibus videndus Dn. Bocer. d. Claſſ. 4. diſput. 4. theſ. 27. & Dn. Harprecht. part. 2. diſput. 17. theſ. 7.*

110. Verbalis injuria eſt, quoties non manus inferuntur, ſed convitium, quod à concitatione, vel à conventu, h. e. collatione vocum, cum in unum plures conjiciantur voces, appellatum eſt, quaſi convocium; objicitur alicui *l. lex Cornelia 5. §. ſi quis librum ff. & l. ſi non convitii 5. ibi injurioſum dixiſſe C. eod. l. aut facta 16. in pr. ff. de pœn. & l. 15. §. 2. 3. & 4. ff. de injur.* voceſq; contumelioſæ ſpargantur, ut, ſi quis alium homicidam, latronem, cornutum, cucurbitam, ſycophantam, hæreticum, adulterum, furem, nebulonem adpellaverit, vel alio quodam verbo, quo fama ejus lædatur & diminuatur, criminatus fuerit *Dn. vice Cancellar. Vultej. lib. 1. jurisprud. Roman. cap. 49.*

111. Fit igitur ea vel linguâ, vel ſcripto, *d. l. aut facta 16. in pr. ibi, aut ſcripto ff. de pœn. Gail. lib. 2. obſerv.* 104. *Wurmbſer. lib. practic. obſervat. tit. 46. de injur. obſerv. 11.* quod dupliciter potiſſimum accidit, aut enim per famoſi libelli editionem, aut famoſæ picturæ in aliquo loco depoſitionem, cum aliquid contumelioſum in alicujus depingitur ignominiam, aut fingitur, nullis prolatis verbis, & tamen animus injuriandi adeſſe præſumitur *d. l. 5. §. pen. ibi, aliudve ſine ſcripturâ in notam aliorũ produxit.* Reichs abſchied zu Augſpurg/ *tit.* vom ſchmähſchrifften/ gemählts/ und gemächts/ *§.* ferner ſetzen/ ordnen und wollen wir/ *verſ.* deßgleichen auch/ *ibi,* gemahlet/ geſchnitzet/ gegoſſen oder gemacht: c.

112. Verbo quoq; fit injuria, ſi quis legitimis & juſtis nuptiis prognatum, Baſtardum, ſpurium, Eines huren Sohn/ nominaverit *arg. l. 9. C. h. t. n. l. 11. §. ult. & l. 12. ff. eod. l. 21. ff. de liberal. cauſ.* ſi quis hominem opulentum ac divitem de paupertate diffamaverit, ac inopem ſive mendicum dixerit *d. l. 15. §. 5. ff. h. t. &c. Dn. Harprecht. d. diſput. 17. theſ. 10.* item ſi quis alteri mala, dira ras imprecetur; veluti, ut furcâ ſuſpendatur, rota comminuatur, & eidem imponatur, peſte corripiatur, & ut mulos in ore fre-

quen-

gratiſſimum eſt, daß dich die groſſe Kranckheit zerſtoſſe. &c. Hæc enim cōtra bonos mores ſunt, & ad infamiam, vel invidiam alicujus proferuntur *arg. l. 15. §. 5. ff. de inj. & ſ. facit l. 38. ff. eod.* licet fama & æſtimatio alicujus per hæc verba directò nō valde lædatur, aut minuatur. *Damhoud. in prax. rer. criminal. cap. 136.*

113. Dubium oritur hinc, ſi quis ex illegitimo coitu editum, & poſt reſcripto Principis legitimatum, ſpurium, nihilominus, aut Baſtardum Ein Hurkind nuncupaverit, injuriarum teneatur? Sic non minimi ſubſellii JCti, & inprimis Philippum Decium, in terminis ita loquuntur, terminantibus conſuluiſſe *ex conſil. 102. Tom. 1. conſilior. criminal. variar. JCtor.* percepimus, ita ut qui adverſus eū verba ejuſmodi injurioſa effutierit, incidat in pœnam inſtrumento legitimationis appoſitam, & ratione ſecuritatis, ſeu ſalvi conductu Principis, quam contemtui habuit, in crimen læſæ majeſtatis *per l. 1. §. 1 ibi, ſecuritatem ejus ff. ad L. Jul. Majeſtat. l. diſputare 3. C. de crimin. Sacrileg. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. centur. 4. caſ. 336. & 317. Gail. lib. 1. obſerv. 2. 1. num. 1.* Niſi fortè ignoraverit, Baſtardum illum legitimationē à principe donatum eſſe: qui enim ex ignorantia contra privilegium peccat, pœnam non meretur *arg. l. 7. §. non tantum, verſ. ſed enim additum eſt ff. de incend. ruin. & naufr. l. Metrodorum 40. ff. de pœn. gloſſ. in l. 1. ff. de Receptator. l. 2. §. ſimiliter 23. & §. confeſſum 43. ff. eod. arg. l. plurimum 5. & l. Regula 9. §. 2. ff. de Jur. & fact. ignor.*

114. Nec incommodè hic, applicatur & illa haut contemnenda quæſtio, an is injuriam committat adverſus eum, cui crimen, quod per Principis clementiā remiſſum eſt, rurſum objecerit? Et committi putamus: Nam quoniam per Principis gratioſam clementiam & reſtitutionem, omnis infamia macula, & ejuſdem memoria è commiſſo deſcendens, aboleatur, imò abolita & extincta ipſo actu cenſeatur *l. 1. C. de Abolit. & l. 2. & arg. l. ult. C. de general. abolit.* nulli dubitamus, eo etiam ipſo, quod Principis

autoritatem eludat, injuriæ actione talem teneri *l. 9. ff. de Iuriſdict. l. nec magiſtratibus 32. ff. h. t. n.*

115. Quamobrem ſi à Principe, ob delictum bannitus ſit aliquis, & deinde reſtitutus, modo generali reſtitutione, non verò ſpeciali & eâ quæ fit per modum *Iuſtitiæ*, ut ſi poſt latam ſententiam adferat innocentiæ probationem, quâ probata abſolvatur *l. 1. §. fin. ff. de quæſt.* non verò *gratiæ*, uſus ſit, quia bannitus nomen amiſit, & regulariter non ſolùm bona, etiam alienata, verùm etiam famam, honores, adeoq; OMNIA recuperat, ſi ipſi hoc delictum exprobretur, ut Bannitus vocetur, injuriam committi: Tantum enim reddit abſolutio, quantum abſtulit condemnatio *l. ult. §. ult. C. de ſentent. paſſ. & reſtitut. l. 2. C. de bon. vacant. Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 19.* & hic quoque, quia crimen eſt, cujus gratia à Principali Nutu, ut dicitur *in l. 1. C. de Abolit.* facta eſt, objici amplius citra injuriæ illationem non poterit *l. qui res 46. §. aream ff. de ſolut.*

116. Similiter & ei, qui pro delicto perpetrato pœnam legibus conſtitutam ſuſtinuit, illud abſque novo injuriæ illatione objici nequit, propter generalem Juris regulam, quæ dictitat, quod injuriam inferre dicatur, quiſquis alteri delictum vel ſupplicium aliquod injuriandi animo objecit *l. ſi non convicii 5. C. de injur.* omneque verbum injurioſum animo injurandi factum præſumitur: ita ut ille, qui alteri objecerit crimen, quod per torturam purgavit, actione injuriarum pulſari poterit *Binsfeld. in cap. 1. de injur. & damn. dat. quæſt. 9. concluſ. 7.* eumq; referens *Ludov. Gilhauſ. in comment. de injur. & famoſ. libell. §. 5. num.* 153.

117. Quotuplex injuria ſit, hactenus ſufficienter dictum, ſequitur de cauſa efficiente injuriæ, & de perſonis, quæ eam inferre queunt: & illæ ſunt homines mentis compotes, doli capaces & contumelioſo animo quid facientes, à quo tota hæc reſpendit & æſtimatur *l. 1. ff. h. t. n. l. ſi non convicii 5. C. eod. l. qui iniuriæ 53. ff. de furt.* quare animantes reliqua, quoniam affectu injuriæ facien-

ciendi carent, contumeliam inferre non dicuntur *d. l. 1. cum ibi notatu ff. ſi quadrup. pauper feciſſ. dicat.*

118. Eademque ratione nec furioſus, neque impubes, quia fraudis & doli capaces nõ ſunt, ſi injurioſum quid, quod per ſe tale eſt, dixerint vel fecerint, nõ tamen ex propoſito & affectu injuriandi, ſed animo potius jocandi vel corrigendi prolatũ, injuriarũ actione conveniri queunt *d. l. 3. §. 1. l. 4. l. injuriarum 13. §. quæ jure poteſtate. l. item apud 15. §. meminiſſe 23. l. quod Reſpubl. 33. ff. h. t. n. l. 13. § [illegible] ff. de O. & A.* Nam in dolo & affectu facientis illa conſiſtit, neque ſine conſilio & mente conſtare poteſt *l. qui ſervum 34. ff. eod.*

119. Ergo doli capacem injuriam facere exinde omnimodò ſequitur *per l. 1. § 1 & § 3 ff. de injur. l. 3 [illegible] ff. eod.* neque refert, proprio motu & judicio id faciat, & per ſe, ſive alterius inſtinctu & monitu *[illegible] pr. l. 11. §. 2. & [illegible] ff. eod. §. 2. Inſt. eod.* & ratio in promptu eſt, quia quum quis per alium facit, ipſe feciſſe videtur, *l. hoc jure §. 1. & l. [illegible] damnum 169. ff. de R. I. c. qui facit 72. de R. I. in 6.* nã & alterius opera & cõcitatione aliquis alteri injuriã imponere poteſt *l. lex Cornelia 5. §. ff. [illegible] librũ & l. item apud 15. & §. 2. & §. feciſſe [illegible] ff. de injur. §. [illegible] Inſtit. eod. ubi dolo [illegible] malo fecit Paul. lib. 5. ſentent. tit. 4.*

120. Atque hoc caſu etiam mandans ſuo nomine tenetur, putà pater & filius, qui exequutus eſt, ſuo item nomine, nec enim juſſum patris hic excuſat *gloſ. in l. non ſolum 11. ff. h. t. n. Barthol. in l. ſed [illegible] § ſervum num. [illegible] ff. eod.* ut in levioribus *l. qui juſſu 12. ff. de his qui notant infam.* cum qualibet injuria alteri illata grave cẽſeatur eſſe crimen *Weſenb. in paratitl. h. t. n. num. 3* & id ſit contra bonos mores, lædat pietatem & exiſtimationem, adeoque nec obligatorium ad præſtandam obedientiam & reverentiam parenti *[illegible] obligationum extr. de R. I. in 6. l. 2. & 9. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand.*

121. Et ſi plures injuriam faciant, tot reputantur injuriæ, quot ſunt perſonæ facientes eam *d. l. item apud 15. § ſive unus ſive plures & l. ſi plures 34. ff. de injur. l. ſi familia 9. ff. de juriſdict. Weſenb.*

 *inpa-*

*in parit. d. loc. num. 5.* mandans tamen non tenetur, niſi injuria facta ſit, cum eventus conſiderari debeat *l. 52. l. 53 ff. de R. I. l. 9. § 1. ff quod met. cauſ. Treutl. d. volum 2. diſput. 30. thiſ. 5 lit. D.*

122. De furioſo hoc in diſquiſitionem vocatur ambiguam, utrum ille pro delicto, aut injuriâ ante furorem commiſſo, commiſſâve, in ipſo furore; còrporis præſertim pœnâ afflictivâ puniri poſſit: Negantium veſtigia premere hic lubet, *propter text. in l. 24. ff. rem rat. haber. l. 5 ff. de pæn. l. 124. ff. de R. I. Gail. 2. obſervat. 110. diſſentit tamen Gomeſ. libr. 3. variar. reſolution. cap. 1. num. 72.*

125. Huic non abſimilis eſt pulchra illa & venuſta inter interpp. ſæpius ventilata quæſtio, an ebrius, qui per ebrietatẽ contumelioſe aliquem tractarit, injuriarum teneatur? Et licet dolus abeſſe poſſit, tamen culpa non vacat, quæ cum caſum præcedat, excuſare non ſolet *l. ſi ſervus 27. §. ſi fornicarius, & §. ſi ex plauſtro ff. ad L. Aquil.* Verius putarim, *inquit Weſenb. in paratitl. h. t. n. num. 4.* in atrocibus & realibus eum teneri, cum illius pœnitentia non excuſet aut tollat injuriam *Cyn. in l. ſi non convicii 5. num. 22. C. h. t. n.* realem ſcilicet, ut verbera, vulneraq; illata, quibus pœnitentia neutiquam medetur, mitigatâ tamen pro qualitate circumſtantiarum pœná *c. inebriaverunt. c. ſane 16. queſt. 1. Salycet. in l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. Bart. & Dd. in l. reſpiciendi, & in l. Divus ff. de offic. præſid.* in levioribus verò, ut in injuriâ verbali omnimodò excuſationem mereri, ſi modò diſcuſſâ vinolentiâ ebrium iſtius pœniteat *arg. l. unic. C. ſi quis imper. maledix.*

124. Alii diſtinctionis fœdere litem hanc componendam eſſe arbitrantur; dum duplicis generis Ebrios cõſtituant. Aut enim *Ebrius* dicitur, qui largiori aliquantò indultu vini ſeſe inebriavit & inde animoſus, iratus, contumelioſus, & turbulentus non nihil effectus aliquem conviciis proſcindit: & quia nihil eorum, quæ tractavit, fecitvè, cognita poſt diſcuſſam ebrietatem habeat, mentiſq; exilium paſſus ſit, ſi modò deprecetur, excuſatur:

Aut

Aut *Ebrioſus*, qui ex vitioſo habitu, & quotidianâ conſuetudine ſciens prudensq; inebriatur, ſi conſueverit eſſe rixoſus, & excitatoribus, aliosq; verbis injurioſis onerare, neq; ignoret, ſe ebriū eo vitio laborare, quoniam ebrietas ad caſum deſtinata præſumitur, injuriam committit, & pœnæ ordinariæ ſubjugandus eſt *per notat. à Dn. Gail. d. lib. 2. obſerv. 110. num. 26. 27. & 28. & Schrad. in tractat. feudal. cap. 4. num. 60.*

125. Ex calore iracundiæ, juſtæ tamen, laceſſitæ nec affectatæ prolata injuria excuſationem, vel ad minimā pœnæ mereri mitigationem, verius & æquius videtur: propterea, quod ſolo temporis intervallo à furioſo diſtare tantummodò dicatur *arg. l. 48. ff. de R. I. l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adulter. juxta Horatii illud poëma*: Ira furor brevis eſt, *& Ariſtotelis tradita lib. 5. Ethicor. cap. 8.*

126. De amante, qui œſtro amoris percitus & compulſus injuriam [illegible], puta corrivali, an pœnâ mitiori afficiendus obiter hic quæri poteſt? Et cum ſecundum ſaniores philoſophos amor furoris ſpecies ſit, & ſine ſenſu vivere amantes dicantur (ut Propert. lib. 2. Eleg. paſſimq; Poëtæ amorem inſanum & furioſum vocent, dicendum videbatur; pœnæ leviori hunc ſubjiciendum; & in eam partem inclinat etiam J*ul. Clar. lib. Recept. ſent. 5. §. final. quæſt. 60. num.* 10. ubi, ita quandoq; judicatum fuiſſe refert, *& Tiraquell. in tract. de pœn. cauſ. 4. per tot.* Nos cum *Gail. d. lib. 2. obſerv. 110. num. 23.* ſententiam prædictam in puncto juris defendi haut poſſe, ſtatuimus, cum nullâ lege probetur, ſine quâ adlegare aliquid vel loqui, JCti erubeſcunt *Nov. 18. in c. 5. pr.* præſertim quod ejuſmodi injuriæ plerumque animo doloſo, & deſtinatâ committantur voluntate quæ in hoc delicto punibilis eſt. *l. injuriarum 15. §. ſi quis de honoribus in fin. ff. de injur. l. qui injuriæ 13. ff. de furt.* Nihilominus tamen pro variantibus circumſtantiis & qualitate perſonæ æquū & ſincerū judicem ad pœnam vel ordinariam vel aliam quamvis, & leviorem etiam procedere poſſe, affirmare non dubitamus.

127. Pa-

*l. decem ff de V. O.* Contumelioſè *d. l. 1. l. injuriarũ 13. §. ſi quis de honoribus in fin. l. item apud Labeonem 15. §. ſponſum 24. §. ſi quis ſervo 46. & §. pen. ff. h. t. n. l. ſi non convicij. 5. & l. liberos 9. ibi, infamandi, cum l. ſeq. C. eod. l. qui injuria 53. ff. de furt.* admiſſum, ad corporis læſionem & dignitatis famæque diminutionem pertingens. *aliter Donell. lib. 15. comment. jur. civil. cap. 24. & Cujac. lib. 55. Pauli ad Edictum, itemq́, ex illis dn. Bocer. d. claſſ. 4. diſputat. 4. theſ 1. Mynſ. ad pr. Rubr. h. t. n.*

91. Licet circa injuriæ diviſionem varient interpretes, quam retulit Ictus Ulpian. *in d. l. 1. §. 1. ff. de injur.* dum alii quatuor, realem ſcilicet, verbalem, ſcriptam & geſtam, *ut Mynſ. & Heig. ad §. 1. Inſt. h. t. n.* Alii tres, *ut Azo & Hoſtienſ. in ſum. tit. de injur. Weſenb. in paratitl. eod. num. 3 Donell. d lib. 15 comment. jur. civ. cap. 24. Borcholt. ad pr. Inſt. h. t. n. Farin. lib. 3. variar. quæſtion & commun. opin. criminal. inſpect. 1 num. 2. & alij ab eodem allegati,* conſtituant ſpecies. Labeonis tamẽ, quamvis logicam non redoleat injuriæ partitionem, quâ in REALEM & VERBALEM, diſpeſcitur, tanquam magis commodam & in jure perfectam, defendere & propugnare haut verebimur *per d. l. 1. §. 1. ff. h. t. n.* quæ cum nullâ aliâ lege nullâve conſtitutione expreſſim abrogata, multò minus correcta inveniatur, nos illi tamdiu inhærebimus textui, donec contrarium à contradicentibus fuerit probatum, *arg. l. præcipimus 32. C. de appellat. l. ſancimus 27. C. de Teſtament.* Nec enim contra legem, aut ſine eâ loquendum *Nov. 18. c. 5. in pr. Schneidew. ad pr. Inſtit. h. t. n. num. 1. Gail. lib. 2. obſerv. 104. num. 4 dn. Vicecancell. Vultei. lib. 1 juriſpru. Roman. cap. 49. num. 5. & dn. Præcept. Anton. Matthæus ad pr. Inſt. de injur. Treutl. diſput. 30. vol. 2. theſ. 5 lit. c. Hakelm. illuſtr. quæſt. diſput 23. theſ. 15.*

92. Realem idcircò injuriam eam vocamus, quæ facto aliquo infertur *d. l. 1. §. 1 ff. h. t n.* utpotè quoties manus inferuntur. Eaque viciſſim ſubdividitur: Aut enim in corpus infligitur, aut extra corpus imponitur *l. ſed eſt quæſtionis 6. ibi. quod dicimus rem injuriam*

*juriam atrocem fieri, utrum ſi corpori inferatur atrox ſit, an etſi non corporiff. de iniur. Paul. lib. 5. ſentent. 4. in pr. ibi. iniuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus.*

93. In *corpus* infertur, quando alicujus corpus contumelioſè tractatur, verberatur, pulſatur & cæditur *d. §. 1. Inſtit. h. t. n l. 1. §. 1. ff. de iniur.* Similiter ſi barba alicujus, vel crines evellantur, *ut adnotavit Bald. ad tit. 27. de pac. tenend. & eius violator numer 8. lib. 2. Feudor. & poſt eum ibidem. Alvarot. ad §. ſi quis aliquem num. 3 dn. Harprecht. in tractat. criminal. num. 5. ad d. §. 1. Inſtit. h. t.* Aut pulſatus quidem non eſt, verum manus adverſus eum levatæ, ſæpiuſq; territus, quaſi vapulaturus, *Paul. dict. loc. ubi Cuiac. l. idem apud 15. ff. de iniur. junct arg. §. corpori iniuria in lib. 5. ſentēt. Paul. cap. 4.*

94. Differentiam tamen habere videntur inter ſeſe, quantum ad *iniuriarū* attinet *actionem*, verba iſta, verberare, pulſare & cædere: Nam ultimum illud generale eſt, pulſationem nimirū verberationem, & quæſtionem corruptionemque & ſimiles ſpecies comprehendens: unde *Alciat. l. 4 de V. S.* ideoque, *inquit*, qui ſine gravi impetu ſaxo percutiit, verberaſſe tamen dicetur. *Verberare* eſt cum dolore: *pulſare* verò ſine dolore *l. lex Cornelia 5 §. 1. ff h. t. n.* in aliis vero actionibus nihil intereſt, ita, ut *L. Valla lib. 6. elegant. cap.* 47. concedere libenter queamus, *verberare* idem eſſe, quod verbere, id eſt, fuſte, virgâ, baculo, loris, flagello, ferulâ, arundine, & ſimilibus cædere: *pulſare* verò gravi ictu cædere, nec tam inſtrumento brevi, quam longo, ut pugnis & calcibus: *Dn. Gothofred. ad d. l. 5. §. 1. lit.* U.

95. Atq; hinc non inſulsè eliciunt quidam, inter quos Anteſignanum agit *Bald. in Rubr. C. de pœn. iudic. qui mal iudicav. num. 7. & Salycet. in l. ult. num. 4. C. eod. Cravetta conſil. 806. Gilhauſen in comment. de iniur. & famoſ. libell. §. 1 num. 243. Alexand. in l. 1. in pr. ff. quod quiſq; iur.* etiam à judice, qui nullâ de aliquo quęſtione habitâ modum in torquendo exceſſit, injuriam committi,

 adeò

adeò quidem, ut exinde teneatur & injuriarum nomine conveniri poſſit: Et hoc inſuper addentes alii, talem judicem, qui dolo malo aliquem tormentis ſubjecit, pœnâ mortis plectendum eſſe conſuluerunt, *arg. l. milites 8. § oportet autē 1. & l. Decuriones 16. & l. nihil 17. C. de quaſt. Clar. lib. 5. recept. ſent. § fi. qu. 64. num. 2. & in addit. Ioh. Bapt. Bajard. Menoch. de arbitr. iudic. quaſt lib. 2. centur. 4. caſ. 340 num. 3. & 4. & ab eodem allegat. Hypol. de Marſil. in l. 1. in pr. nu. 18 & in l. quaſtionū modū 1. nu. 72. ff. eod.* Hâc tamen conjunctâ cautelâ, ſi innocenter & indebitè tortus mortuus fuerit: aliâs tamen ad arbitrariam pœnam procedi poſſe ſtatuentes.

96. Realis etiam injuria & quæ corpori infligitur ea eſt; ſi ſtuprum alicui inferatur *Paul. citat. loc. § corpori iniuria, ubi Cuiac.* vel de eo interpelletur, vel ſtupri cauſa in aliquam irruat *d. l. 1. § Divus 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Paul. dict. loc in § qui latronem, item:* ſi quis tam fœminam, quam maſculum, ſive ingenuos ſive libertinos, impudicos facere attentaverit, etſi ſervi pudicitia attentata *l. 9. § final ff. & § 1. Inſtit. h. t. n.* & ſerva ſtuprum paſſa fuerit *l. 25 ff. d. t.* & *Attentari* pudicitia dicitur; quando id agitur, ut ex pudico, impudicus quis fiat *l. 19. ff. h. t. n.* ſermone vel blanditiis *l. 15. § 19. & trib. §§§. ſeqq. ff. eod* vel ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, vel cœno, aut luto aliquem conſpurcaverit *l. 1. § 1 ff de extraordin. criminib.* itemq; ſi quis malo medicamento, aliove modo mentem alicujus alienaverit eumq; ad inſaniam adegerit *d. l. item apud 15. in pr. ff de injur.*

97. Extra corpus re alicui infertur injuria, quando quis citra corporis ſui offenſionem & diminutionē facto quodam injurioſo deſpicitur, ut, *exempli gratia*, ſi quis oſtium alterius effringat, *l. qui injuria 33 ff. de furt* ſi domum alterius vi introëat *l. Lex Cornelia 5. in pr. l. qui in domum 23 ff. de injur. § ſed & Lex Cornelia Inſtit. eod.* ſi quis comitem alicujus abducat, ſive liberum, ſive ſervum, ſive maſculum, ſive fœminam, in publico privatoq; *l. 1. § 2. l. 15. § 1. & 16 ff h. t. n.* quem Labeo definit ad hunc modum:

Comes

Comes eſt, ajens, qui frequentandi cujuſq; gratia ut ſequeretur, deſtinatus eſt, *d. l. 15. §. 16 ff. h.* in quorum numero habentur etiam Pædagogi *d. l. 15. & 16.*

98. Non tantum autem injuriarum tenetur ille, qui abducere comitem cæpit per vim, ſed etiam, qui perſuaſionibus, ſubdoliſq; verbis perfecit, ut comes cum aliquo non converſaretur *d. l. 15. §. 18. & facit. l. 11. §. 6 ff. de injur. l. 5. §. 2. ff. Ne quis eum, qui in jus vocat vi exim. l. 14 ff. ad L. Cor de Sic.* Et PERFECISSE hic neceſſe eſt, neq; ſufficit cepiſſe; quandoquidem lex loquatur, ſi ei comitem abduxit, ut. *l. 1. §. 1. verſ. hæc autem verba in ff. quod quisq; Jur. in alt. ſtat. &c.* cum effectu itaq; accipi debet, alias etiam lex conatum punit, *dn. Gothofred. in not. ad L. 18 ff. de pæn.* plura adducit & refert *Iur. Clar. lib. Recept. ſent. 5. § final. quæſt. 62. per tot.*

99. Etiam ipſe qui matremfamil. aut prætextum, prætextamve adſectetur *§ injuria autem committitur verſ. ſive quis matremfa. Inſtit. de injur.* quod eſt verum in muliere honeſtâ, ſecus in inhoneſtâ, vel etiam honeſtâ, in veſte tamen ancillari, vel meretriciâ incedente: Talis enim quis eſſe præſumitur in quali habitu reperitur *d. l. 15. §. ſi quis virgines 15. ff h. t. n.* & ſervum alienum contra bonos mores verberaverit *l. 15. §. 14. ff. h. t. n. concordat l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil.* Contra bonos mores factum ſive potius verberatum hoc in loco accipimus, non ſolum quod bonis moribus ejus qui facit, adverſatur, ſed etiam quod bonis moribus civitatis improbatur *d. l. 15. §. 38 ff. h. t. n.* vel ad infamiam & invidiam alicujus ſpectat. *d. l. 15. §. 5. & 6. ff. eod. facit. l. 38. d. t. l. 5. ff. de extraord. crimin. l. 1. § 5. ff. de ſerv. corrupt.*

100. Adde & eum, qui, ut ICtus Gajus ex Labeone *in l. 15. §. 19.* retulit; aliquem eorum adpellaviſſet, adſectatuſve eſt: *Adpellare* eſt hic blandâ oratione alterius pudicitiam attentare, quod adverſus bonos mores fit, *d. l. 15. §. 20. & 22.* *Adſectari* autem, quando quis tacitus frequenter inſequitur: adſidua etenim fre-

quentiâ non nullam infamiam præbet *d. l. §. 22. ubi dn. Got'h fr. in not. lit. Z. & §. 1. Inſtit. eod.*

101. Quin imò & is, qui ſtudioſè & ſcienter mitti ſe petit in poſſeſſionem alterius, fortaſſis abſentis, tanquam debitoris, cum veritate inſpectâ nihil omnino debeat, quod vel ſolutio facta ſit, vel pactum de non petendo initum interceſſerit, injuriarum ei, in cujus bona miſſus eſt, obſtringitur: nam eo ipſo efficit, quod homines aſſertum debitorem exiſtiment, non eſſe ſolvendo, & utilitatem rèi familiaris detegi ignominioſum alias ſit *l. 2. §. 1. C. quand. & quib. quart. pars deb. ex bon. decur. lib. 10.* Poteſt & talis de falſo puniri, tanquam ſi obrepſerit judici *l. ſi quis obrepſerit 29. ff ad L. Cor. de falſ.* Quod ſi autem verus fuerit debitor, & judicis autoritate intraverit poſſeſſionem, eo caſu, quia jure ſuo utitur creditor *l. juſtè 11. ff. de adquir. vel omitt. poſſeſſ. l. 3. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. 167. §. 1. ff. de R. I. arg. l. 137. ff. eod. l. 29. in fin. ff de Nov.* nullam infert ei injuriam: Secus, ſi propriâ autoritate, proprioq; motu ſuggillari faceret debitoris domum · tum enim injuriarum judicio tenebitur, *l. ſi injuriæ ff. h. t. n.* cum & jus ſuum perdere videatur *l. nam civium ff. de his qui ſui vel alieni Iur. ſunt.*

102. Si porrò aliquis, nobilium, aliorumq; illuſtrium virorum, ut & in dignitate quadam conſtitutorum, & prædivitum præſertim mercatorum, qui ſæpè ex ſola promiſſorum fide dependent, bona & merces iniquè, nulloq; jure detinuerit, arreſtaveritque, quin injuriarum teneatur, extra dubitationis aleam poſitum eſſe videtur. *arg. l. ſi creditores 16. in fin ff. de privileg. creditor (aliàs l. 31. ff. de reb. authorit. jud. poſſid.) l. item apud 15. §. ſi quis bona ff de injur. & l pen. C. qui bon. ced. poſſ. Henning. Goden. conſil. 38. nu 6.* Veriſſimum etenim eſt, quod bonis & gravibus perſonis metus infamiæ major eſſe ſoleat, quam metus mortis, non ſolum, quando talis metus jam jam imminet, ſed etiam, ſi aliquandò futurus videatur, *per l. iſti quidā §. pen. ibiq; gloſſ verb. mulier ff. quod met. cauſ.* & minor perſonæ coercitio, major æſtimanda cenſetur quâ-

vis

vis pœnâ pecuniariâ, *Hoſtienſ. ad c. tuæ ext. ut lit. non conteſtat. non procedat.*

103. Aliud in contrarium obſervandum arbitramur, ſi juſſu & autoritate judicis, eadem arreſtari curaverit, nam hoc caſu actionem injuriarum ceſſare tam apertum eſt, quam quod apertiſſimum; præcipuè ſi judex legitimè ac prævia cognitione cauſæ ad arreſtandum devenerit, & præſumptio ſtet pro ipſo, ſe id injuriandi animo non feciſſe *l. 2. ubi dn. Gothofred. C. de offic. Civil. jud. Alciat. in tract. præſumpt. regul. 3. præſumt 9.* ut propterea rectè locum accipiat hîc vulgatum illud, eum qui autoritate judicis poſſeſſione ſuâ privatus eſt, non intelligi ſpoliatum, nec ante omnia reſtituendum eſſe, propter obſtantem juris præſumtionẽ, *latè Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 8. quæſt. 1. num. 3. & ſeqq.*

104. Atque hinc non minus verè, quam cautè tradidit *Petr. Peck. in tract. ſuo de jur. ſiſtend. cap. 16. num.* 3. non ſimpliciter ad cujusvis inſtantiam implorationemve, à judice decernendam eſſe arreſtationem, ſed tum primùm, quandò aliqualis ei facta eſt fides de debito: ſive id fiat per oſtenſionem inſtrumenti, obligationis, vel per teſtes, qui deponant de illo, ſi fortean Syngrapha deperdita, vel non in promtu habeantur, vel etiam per aliam, legitimam tamen, & ſummariam aliquam probationem, quà judex permotus credat aliquatenus verum id eſſe & liquidum, quod deſideratur & aſſeritur, debitum.

105. Sed ſi judex omiſſâ cauſæ cognitione ſtatim ad arreſti exequutionem deſcenderet, adeoq; ad nudam ſimplicemq; creditoris adſeverationem concederet arreſtum, anne propterea & continuò injuriarum eum conveniendum dicemus? Si nulliter, & in gratiam fortaſſis creditoris proceſſiſſet, non ſolum ipſemet judex, verum etiam arreſtum impetrans, injuriatum omninò tenebitur, nec immeritò, *arg. l. injuriarum 13. ſ. quæ jure, junct. l. magiſtratibus 32 ff. h. t. n. l. meminerint 6. C. und. vi c. conquerentes 7. extr. de reſtitut. ſpoliator.* ceſſat, nempe hic in præcedentibus

alle-

allegata præſumtio; Quare impunè etiam ei reſiſti poſſe: *arg. l. factum* 170 *ff. de R. l.* quoniam reſpectu eorum quæ extra officium admiſit ſuum, privati loco habetur *per d. l. nec magiſtr* 32. *& l.* 167. *§. 1. ff. de R. l.* & executio ſperni poteſt, cui jùdex datus ſententiā abs ſe dictam mandare vult, quia ad ipſius non pertinuit officium, ita nulliter & ſine cauſæ cognitione procedere *l. à D. Pio* 15. *in pr. ff. de Re judic. l. prohibitum* 5. *C. de jur. fiſc. l. omnes* 33. *C. de Decuriō. l. contra* 5. *C. de executor. c. priuſquam* 4. *diſt.* 18.

106. Notiſſimi quoque licet juris ſit, regulariter dolum non præſumi, ſed probandum eſſe *l. quotiens* 18. *§.* 1 *ff. de probat. l. ſi Prætor* 75. *verſ. Marcellus ff. de judic. l. dolum* 6. *C. de dol. mal.* & quamlibet cauſam etiam fatuam, injuſtam & frivolam ab eodem excuſationem præſtare *l.* 1. *§. ult. ff. de Abige. l. igitur* 12. *§. poteſt & §. ſeq. ff. de liber. cauſ.* quæſtionis tamen eſt non leviuſculi valoris, utrum ille, qui neq; caſu fortuito, neq; culpâ aliquâ in aream alienam, vel ædes vicini fimum corruptum immiſerit, aquam ſordidam per fiſtulas ſive lacum effuderit, aliaſque ſordes graveolentes projecerit, injuriandi cauſa id feciſſe preſumi, adeòq; actor ab onere probandi liberari queat? Adfirmativam ſententiam veriorem judicamus.

107. Nec enim prædictæ regulæ juris, tunc cum ſortiuntur effectum, ſi aliquid agatur, quod per ſe, & ſuâpte naturâ illicitum, & inſigni quâdam reprehenſione dignum eſt, quia animus injurandi, doluſque hoc ipſo facto ineſt *l. ſi non convicii* 5. *C. h. t. n. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap.* 7. *num.* 13. *& Maſcard. de probat. volū. 1. concluſ.* 531. *num.* 10. ut ita in hoc caſu conſequi omninò neceſſe ſit, eum, qui de induſtriâ datâque operâ ejuſmodi quid, quod damno & dedecori futurum ſit vicino, effundat, immittat, & projiciat, præſumptione convinci, id animo injuriandi ſe perfeciſſe. niſi fortè apertè adhuc dubitetur, num ex propoſito, an verò culpâ, vel caſu quodam prædicta commiſſa ſint, quia tum cum omne delictum culpâ & quidem levi ideoque caſu potius, quam

præſu-

[illegible] per factum præſumi debeat, actorem oneri probandi obſtringamus per l. 4. C. de edend. l. in obſcuris & l. favorabiliores ff. de R. I. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 2. num. 30.

108. Illud hic inſuper addere placet, an, quia evidentiſſimè locupletibus ignominioſum aliquo modo videri poſſit, nõ habere fidem illorum nudis promiſſionibus, is, qui ab iiſdem fidejuſſorem exigit, injuriæ notâ eos notaſſe dicendus, & ob id injuriarũ ab illis conveniendus ſit? Et ſanè, quia multi, faſtu magis turgidi, & falſâ opinione perſuaſi, nonnihil ſtomachari & ſuccenſere eidẽ aſſolent, quaſi illorum fides ludibrio & contemptui exponeretur, per l. bona fides 31. & l. pater [illegible] ff. de R. I. & fidejuſſor, ut tantò magis cautum proſpectumq; alicui ſit, accipiatur arg. pr. inſtit. de fidejuſſor. & ſuperflua cautela non noceat l. teſtamentum C. de teſtam. l. non ſolent ff. de R. I. l. ideoq; ff. de manumiſſ. teſtam. l. ſi ſervo §. ult. ff. de adimend. legat. eum injuriarum nequaquam teneri, [illegible] aſſeveratio noſtra: quia aliàs etiam actus agentium in meliorem ſemper partem, & citra injuriam accipi debent, ut quam longiſſimè remoti ſint ab injuria arg. l. item apud 15. §. ſi commune [illegible] ff. h. t. [illegible] 51. ff. pro ſoc. conf. et huc text. in l. cum pater 77. §. rogo 25. ff. de legat. 2. & in l. omnimodo 36. C. de inoff. teſtam. l. 3. §. et tamen ff. de liber. homin. exhibend. nullus videtur 55. ff. de R. I.

109. Alii tandem explicitæ huic injuriæ reali, quæ extra corpus committitur ſuperaddi poſſunt, & varii injuriandi modi atq; formulæ quæ geſtu & habitu fiunt: ut, ſi quem claudum, cæcum, aut ad furcam contumelioſè pingat Damhouder. in prax. rer. criminal. cap. 129. ſi quis in contemptum alicujus, lugubri, aut ſqualida, vel alia veſte utatur, d. l. item apud 15. §. hæc autem ferè ſunt & l. ſententiam 10. ff. de injur. vel linguam in alterius deſpectionem exerat, oculos diſtorqueat, barbam capilloſve diminuat, digitum oſtendat Damhouder. d. l. loc. ſi fœmina cũ vituperio quodam depingatur nuda. Jul. Clar. lib. 5. ſententi. §. fin. quæſt. 61. num. 65. Cujac. lib. [illegible] obſervat. cap. 5. Theſaur. deciſ. [illegible] 29. & alii plures, de

O qui-

*quibus videndus Dn. Bocer. d. Claſſ. 4. diſput. 4. theſ. 22. & Dn. Harprecht. part. 2. diſput. 17. theſ. 7.*

110. Verbalis injuria eſt, quoties non manus inferuntur, ſed convitium, quod à concitatione, vel à conventu, h. e. collatione vocum, cum in unum plures conjiciantur voces, appellatum eſt, quaſi convocium: objicitur alicui *l. lex Corneliæ 5. §. ſi quis librum ff. & l. ſi non convicii 5. ibi injurioſum dixiſſe C. eod. l. aut facta 16. in pr. ff. de pœn. & l. 15. §. 2. 3. & 4. ff. de injur.* vocesq; contumelioſæ ſparguntur, ut, ſi quis alium homicidam, latronem, cornutum, cucurbitam, ſycophantam, hæreticum, adulterum, furem, nebulonem adpellaverit, vel alio quodam verbo, quo fama ejus lædatur & diminuatur, criminatus fuerit *Dn. vice Cancellar. Vultej. lib. 1 jurisprud. Roman. cap. 49.*

11. Fit igitur ea vel linguâ, vel ſcripto, *d. l. aut facta 16 in pr. ibi, aut ſcripto ff. de pœn. Gail lib. 2. obſerv* 104. *Wurmbſer. lib. practic. obſervat. tit. 46. de injur. obſerv. 11.* quod dupliciter rurſum accidit, aut enim per famoſi libelli editionem, aut famoſæ picturæ in aliquo loco depoſitionem, cum aliquid contumelioſum in alicujus depingitur ignominiam, aut fingitur, nullis prolatis verbis, & tamen animus injuriandi adeſſe præſumitur *d. l. 5. §. 9. ibi, aliudve ſine ſcripturâ in notam aliorū produxit.* **Reichs abſchied zu Augſpurg** *tit.* **vom ſchmähſchrifften/ gemählts/ vnd gemählten/ §. ferner ſetzen / ordnen vnd wollen wir/** *verſ.* **deßgleichen auch/ ſo gemahlet / geſchnitzet / gegoſſen oder gemacht: ꝛc.**

112. Verbo quoq; fit injuria, ſi quis legitimis & juſtis nuptiis prognatum, Baſtardum, ſpurium, Einen huren Sohn/ nominaverit *arg. l. 9. C. h. t. n. l. 11. §. ult & l. 12. ff. eod. l. 11. ff. de liberal. cauſ.* ſi quis hominem opulentum ac divitem de paupertate diffamaverit, ac inopem ſive mendicum dixerit *d. l. 15. §. 3. ff. h. t. Dn. Harprecht d. diſput. 17. theſ. 10* item ſi quis alteri mala, aut diras imprecetur; veluti, ut furcâ ſuſpendatur, rotâ comminuatur, & eidem impoſiatur, peſte corripiatur, & ut multis in ore fre-

quen-

[illegible]ſſimum eſt, daß dich die groſſe Kranckheit zerſtoſſe. &c. Hæc enim contra bonos mores ſunt, & ad infamiam, vel invidiam alicujus [illegible] *arg. l. 11. §. 1. ff. [illegible] l. 38. ff. eod.* licet fama & æſtimatio alicujus per hæc verba directò nō valde lædatur, aut minuatur. *Damhoud. in prax. rer. criminal. cap. 136.*

113 Dubium oritur hinc, ſi quis ex illegitimo coitu editum, & poſt reſcripto Principis legitimatum, ſpurium; nihilominus, aut Baſtardum (Ein Hurkind) nuncupaverit, injuriarum teneatur? Sic non infimi ſubſellii JCti, & inprimis Philippum Decium, in terminis uti loquuntur, terminantibus conſuluiſſe *ex conſil. 102. Tom. 1. conſilior. criminal. variar.* JCtor. percepimus, ita ut qui adverſus eū verba ejuſmodi injurioſa effutierit, incidat in pœnam inſtrumento legitimationis appoſitam, & ratione ſecuritatis, ſeu ſalvi conducti Principis, quam contemtui habuit, in crimen læſæ majeſtatis *per l. 1. §. 1 ibi, ſecuritatem ejus ff. ad L. Jul. Maieſtat. l. diſputare 3. C. de crimin. Sacrileg. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. centur. 4. caſ. 336. & 337. Gail. lib. 1 obſerv. 1. num. 8.* Niſi fortè ignoraverit, Baſtardum illum legitimatione à principe donatum eſſe: qui enim ex ignorantia contra privilegium peccat, pœnam non meretur *arg. l. 3. §. non tantum, verſ. ſed enim additum eſt ff. de [illegible] & [illegible] l. [illegible] 40. ff. de pœn. gloſſ. in l. 1. ff. de Receptator. l. 2. §. ſimiliter 21. & §. conſeſtim 43. ff. eod. arg. l. plurimum 1. & l. Regula 9. §. 2. ff. de Jur. & fact. ignor.*

114 Nec incommodè hic, applicatur & illa haut contemnenda quæſtio, an is injuriam committat adverſus eum, cui crimen, quod per Principis clementiā remiſſum eſt, rurſum objecerit? Et communiter putamus: Nam quoniam per Principis gratioſam clementiam & reſtitutionem, omnis infamia, maculave, & ejuſdem memoria ex crimine illo deſcendens, aboleatur, imò abolita & quaſi ex ipſo actu cenſeantur *l. 1. C. de Abolit. & l. 2. & arg. l. ult. C. de general. abolit.* nulli dubitamus eo etiam ipſo, quod Principis

autoritatem eludat, injuriæ actione talem teneri *l. 5. ff. de Jur. ſacr. l. nec magiſtratibus 32. ff. h. t. n.*

115. Quamobrem ſi à Principe, ob delictum bannitus ſit aliquis, & deinde reſtitutus, modò generali reſtitutione, non verò ſpeciali & eâ quæ fit per modum *Juſtitiæ*, ut ſi poſt latam ſententiam adferat innocentiæ probationem, quâ probatâ abſolvatur *l. 1. §. fin. ff. de quæſt.* non verò *gratiæ*, uſus ſit, quia banniti nomen amiſit & regulariter non ſolùm bona, etiam alienata, verùm etiam famam, honores, adeoq; OMNIA recuperat, ſi ipſi hoc delictum exprobretur, ut Bannitus vocetur, injuriam committit: Tantum enim reddit abſolutio, quantum abſtulit condemnatio *l. ult. §. ult. C. de ſentent. paſſ. & reſtitut. l. 2. C. de bon. vacant. Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 19.* & huc quoque, quia crimen eſt, cujus gratia à Principali Nutu, ut dicitur *in l. 1. C. de Abolit.* facta eſt, objici amplius citra injuriæ illationem non poterit *l. quibus ex §. aream ff. de ſolut.*

116. Similiter & ei, qui pro delicto perpetrato pœnam legibus conſtitutam ſuſtinuit, illud abſque novo injuriæ illatione objici nequit, propter generalem Juris regulam, quæ dictitat, quod injuriam inferre dicatur, quiſquis alteri delictum vel ſtagitium aliquod injuriandi animo objecit *l. ſi non convicii 5. C. de injur.* omneque verbum injurioſum animo injurandi factum præſumitur: ita ut ille, qui alteri objecerit crimen, quod per torturam purgavit, actione injuriarum pulſari poterit *Bonsfeld in cap. 1. de injur. & damn. dat. quæſt. 9. concluſ. 7. eumq; referens Ludov. Gilhauſ. in comment. de injur. & famoſ. libell. §. 5. num. 153.*

117. Quotuplex injuria ſit, hactenus ſufficienter dictum, ſequitur de cauſa efficiente injuriæ, & de perſonis, quæ eam inferre queunt: & illæ ſunt homines mentis compotes, doli capaces & contumelioſo animo quid facientes, à quo tota hæc res pendinat & æſtimatur *l. 1. ff. h. t. n. l. ſi non convicii 5. C. eod. l. qui injuria 53. ff. de furt.* quare animantes reliquæ, quoniam affectu injuriæ facien-

mentis carent, contumeliam inferre non dicuntur *d. l. 1. cum ubi miſtum ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat.*

118. Eademq; ratione nec furioſus, neq; impubes, quia fraudis & doli capaces nõ ſunt, ſi injurioſum quid, quod per ſe tale eſt, dixerint vel fecerint, nõ tamen ex propoſito & affectu injuriandi, ſed immo potius jocandi vel corrigendi prolatũ, injuriarũ actione conveniri queunt *d. l. 3. §. 1. l. 4. l. injuriarum 15. §. quæ jure poteſtatis l. item apud 15. §. meminiſſe 23. l. quod Reipubl. 23. ff. h. t. n. l. 13. § ult. ff. de O. & A.* Nam in dolo & affectu facientis illa conſiſtit, neq; ſine conſilio & mente conſtari poteſt *l. qui ſervum 34. ff. eod.*

119. Ergo doli capacem injuriam facere exinde omnimodò ſequetur *per l. 3. §. 1. & § 3. ff. de injur. l. 34. ff. eod.* neq; refert, ꝓprio motu & judicio id faciat, & per ſe, ſive alterius inſtinctu & monitu *l. 11. in pr. l. 11. §. 2. & 8. ff. eod. §. 2. Inſt. eod.* & ratio in promptu eſt, q; cum quis per alium facit, ipſe feciſſe videtur, *l. hoc jure §. 1. & l. ii damnum 169. ff. de R. I. c. qui facit 72. de R. I. in 6.* nã & alterius opera & côcitatione aliquis alteri injuriã imponere poteſt *l. lex Cornelia 5. § ſi quis librũ & l. item apud 15. & §. 2. & §. feciſſe convitiũ ff. de injur. §. 1. Inſtit. eod. ibi: dolove malo fecit Paul. lib. 5. ſentent. tit. 4.*

120. Atq; hoc caſu etiam mandans ſuo nomine tenetur, putà pater & filius, qui exequutus eſt ſuo item nomine, nec enim juſſum patris hoc excuſat *gloſ. in l. non ſolum 11. ff. h. t. n. Barthol. in l. ſi ſervum § ſervum num. 5. ff. eod.* ut in levioribus *l. qui juſſu 12. ff. de his qui notant infam.* cum quælibet injuria alteri illata grave cenſeatur eſſe crimen *Weſenb. in paratit. l. h. t. n. num. 5.* & id ſit contra bonos mores, lædat pietatem & exiſtimationem, adeoq; nec obligatorium ad præſtandam obedientiam & reverentiam parentũ *l. non eſt obligatorium 23. de R. I. in 6. l. 2. & 9. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand.*

121. Etſi plures injuriam faciant, tot reputantur injuriæ, quot ſunt perſonæ facientes eam *d. l. item apud 15. §. ſive unus ſive plures & l. ſi plures 34. ff. de injur. l. ſi familia 9. ff. de juriſdict. Weſenb.*

Aut *Ebrioſus*, qui ex vitioſo habitu, & quotidianâ conſuetudine ſciens prudensq; inebriatur, ſi conſueverit eſſe rixoſus, & excitare turbas, alioſq; verbis injurioſis onerare, neq; ignoraret, ſe ebriũ tali vitio laborare, quoniam ebrietas ad caſum deſtinata præſumitur, injuriam commiſiſſe, & pœnæ ordinariæ ſubjugandus eſt *per notat. à Dn. Gail. d. lib. 2. obſerv. 110. num. 26. 27. & 28. & Schrad. in tractat. feudal. cap. 4. num. 69.*

125. Ex calore iracundiæ, juſtæ tamen, laceſſitæ nec affectatæ prolata injuria excuſationem, vel ad minorẽ pœnæ meretur mitigationem, verius & æquius videtur: propterea, quod ſolo temporis intervallo à furioſo diſtare tantummodò dicatur *arg. l. 48. ff. de R. I. l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adulter. juxta Horatii illud poema*: Ira furor brevis eſt, & *Ariſtotelis tradita lib. 5. Ethicor. cap. 8.*

126. De amante, qui æſtro amoris percitus & compulſus injuriam inflixerit, puta corrivali, an pœnâ mitiori afficiendus obiter hic quæri poteſt? Et cum ſecundum ſaniores philoſophos amor furoris ſpecies ſit, & ſine ſenſu vivere amantes dicantur: ut Propert. lib. 2. Eleg. paſſimq; Poëtæ amorem inſanum & furioſum vocent, dicendum videbatur: pœnæ leviori hunc ſubjiciendum: & in eam partem inclinat etiam *Jul. Clar. lib. Recept. ſent. 5. §. final. quæſt. 60. num. 10.* ubi, ita quandoq; judicatum fuiſſe refert, & *Tiraquell. in tract. de pœn. cauſ. 4. per tot.* Nos cum *Gail. d. lib. 2. obſerv. 110. num. 23.* ſententiam prædictam in puncto juris defendi haut poſſe, ſtatuimus, cum nullâ lege probetur, ſine quâ adſerere aliquid vel loqui, JCti erubeſcunt *Nov. 18. in c. 5. pr.* præſertim quod ejuſmodi injuriæ plerumque animo doloſo, & deſtinatâ committantur voluntate, quæ in hoc delicto punibilis eſt. *l. injuriarum 13. §. ſi quis de honoribus in fin. ff. de injur. l. qui injuriæ 53. ff. de furt.* Nihilominus tamen pro variantibus circumſtantiis & qualitate perſonæ æquũ & ſincerũ judicem ad pœnam vel ordinariam vel aliam quamvis, & leviorem etiam procedere poſſe, affirmare non dubitamus.

127. Pa-

127 Punitur porrò aliquis injuriã, non ſolum per ſemetipſum, cum directò alicui injuria, ſive præſenti ſive abſenti infertur: ſed etiam per alias perſonas, utpote, per liberos, per ſervos ſuos, per uxorem, Nurum, ſponſam, aliaſve; Neque in obſcuro latet iſtius aſſertionis ratio, quia ſpectat ad nos, & ad noſtram exiſtimationem illa injuria, quæ his, qui vel poteſtati, vel affectui noſtro ſubjecti ſunt; l. 1. *§. Item aut per ſemetipſum & duob. §§. ſeqq. l. item apud 15. §. contumum & §. ſponſum quoq; ff. h. t. n. Farinac. lib. 3. prax. criminal var. quæſt. 105 inſpect. 6. num. 263 & ſeqq.*

128. Si liberi emancipati injuriâ adficiantur, cum per emancipationem diſſoluta ſit patria poteſtas, ea ad exiſtimationem noſtram ſpectare non videtur; atque proinde ipſimet injuriarum actionem pro illatâ inſtituere queunt *l. ſed ſi unius* 17. *§. ſed ſi pater, ibiq; gloſſ. & §. ult. ff. h. t. n. Mynſing. num. 3 Schneidew. num. 4 & Borcholt aliiq; communiter ad §. patitur autem 2. Inſtit. eod.* ubi ſimiliter tradunt, pro filio naturali tantum, vel ſpurio injuriâ adfecto, patrem agere injuriarum nomine non poſſe, cum illum non habeat in poteſtate *arg. pr. Inſtit. de pat. poteſt. Gilhauſen in comment. de injur. § [illegible]. num. 8.*

129 Si cadaveri, aut famæ defuncti fiat injuria, inſtituto ejus hæredi, bonorumq; poſſeſſori ea injuria fieri intelligitur: quippe cum ea etiam ad horum ſpectet atque pertingat exiſtimationem *d. l. 1. §. & ſi forte ff. h. t. n. [illegible] 8. in pr. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Dn. [illegible] dict. claſſ. 4. diſput. 4. theſ.* 10.

130. Et tamen, qui de vero quodam & turpiſſimo crimine ab aliquo, ut id vulgò diſpaleſcat, infamatur, nulla propterea conceditur actio, cum peccata nocentium nota eſſe & oporteat, & Reipubl. expediat delicta ſontium non impunita manere *l. eum qui nocentem 18. in pr. ff. de injur. l. unic. verſ. ſanè ſi quis C. de famoſ. libell. l. 3 C. de offic. Rector. provinc. Donell. lib. 15. comment. jur. civil. cap. 24. Wurmbſer lib. practic. obſervat. tit. 46. obſervat. 6 Unde. Covarruv. reſolut. cap. 11. num. 6. & 7. [illegible] lib. 8. Miſcellan.*

cap.

*cap. 24. num. 7. Gomeſ tom. 3. num. 2. Andr. Gail. libr. 2. obſervat. 90. Coler. in tractat. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 8. num. 79. Mynſ. centur. 4. obſerv. 4. Dn. Bocer. in tractat. ſuo de famoſ. libell. cap. 3. num. 16.*

131. Elegantem habet diſceptationem, ſi creditor cum debitore paciſcatur, ut ſi intra certum & determinatum tempus mutuò data pecunia non reddatur, quoque modo, literis vel verbis impunè eum traducere & diffamare permittat, pactum illud validum ſit, & in jure tolerari poſſit? Certè quia turpem habet cauſam, & contra bonos mores factum eſt, pacti illius nullam vim & efficaciam eſſe pronuntiamus *per l. ſi unus 27. §. pacta ff. de pact. & l. pacta 6. C. eod. l. filius 15. in fin. ff. de condit. inſtitut.* Et ſi ad torturam, vel aliam pœnam, nemini ſe obligare, concedatur, cum dominus membrorum ſuorum non ſit *l. liber homo 13. in pr. ff. ad L. Aquil. Gail. lib. 2. de pac. public. num. 15.* multò magis hoc dicendum erit de infamiâ irrogandâ, cujus metus viris bonis major, quam mortis eſſe debet, ut ait *l. iſti quidam 8. §. 2. ff quod met. cauſ. & Coler. d. tract. de proceſſib. execut. part. 1. c. 8. num. 60. cum multis ſeqq.*

132. Determinanda venit hoc etiam in loco quæſtio illa graviſſima, & quæ multorum hominum torſit ingenia, *num veritas convitii excuſet injuriantem à pœna?* Nos miſſis aliorum opinionibus, communi, & quæ in ſupremo judicio Camerâ recepta & confirmata eſt, addere calculum noſtrum non veremur: Aut enim convitium eſt ejuſmodi, cujus revelationem patefieri Reipubl. intereſt: veluti ſi quis alium latronem, furem, homicidam, adulterum, &c. vocaverit, quod ad ejuſdem ſpectat majeſtatem, ne illi impuniti dimittantur *l. ita vulneratus 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* & ab aliorum honeſtorum conſortio contagioſus excludatur *c. 1. ext. de conjug lepros.* & ad dignitates nō admittatur *l. 1. C. de infamib.* Aut non refert Reipub. id denudari ut innoteſcat, ut ſi per convicium objiciatur alicui, quod ſit pauper, claudus, cæcus, ſurdus,

P gib-

gibboſus; imò crimen jam punitum, ſive remiſſum denuò exprobravit: Nam eo caſu injuriarum tenebitur ei, neque convicii veritas eundem excuſabit: Nec enim licitum alii, infamiam alterius ſine cauſa detegere, quia inhumanitatem & crudelitatem redolere videtur, defectus & nævos revelari noſtros *l. 2. in fin pr. C. quand. & quib. quart. pars decur. &c. Gail lib 2. obſervat. 99. in fin. Wurmbſer. lib. 1. practic. obſerv. tit. 47. obſerv 6 Jul. Clar. in § injuria num. 1, Hænon. diſput. 18. controverſ. 27.*

133. Verbo quoque injurioſè prolato TU MENTIRIS infertur alicui injuria, licet quis veniam impetraverit, aut præmiſſa & ſubjectâ proteſtatione injuriam removere voluerit: ut, ſi aliquis in alterum prorumpat dicendo, Salvo honore tuo, tu mentiris, vel mentiris ſalvo tuo honore, vel tu fur es, prædo, latro, adulter, aut nequam, ſalvâ reverentiâ tuâ *per text. in c. hominis §. ult. & c. is autem 22. quæſt. 2.* Nam proteſtatio, verbis, facto, & actui, cui adjicitur, contraria nihil operatur *l. ſi quis extraneus 21. in pr. ibi, nam admiſſum contrariam voluntatem declarat ff. de adquirend. vel omittend. hæredit. c. ſolicitudinem 54. extr. de Adpell. c. cum M. Ferrarienſis 9. ibiq; gloſſ. in verbo, ſine præjudicio ext. de conſtitut. c. olim cauſam 20. ubi gloſſ. in verb. proteſtatus extr. de cenſib. c. gratum 30. ext. de offic. & poteſtat. judic. delegat.* cujus farinæ hæc proteſtatio habetur: verbum etenim injurioſum præcedens aut ſubſequens, exprimit & ſatis declarat, talem proteſtantem non parcere velle injuriati honori aut famæ, propter pugnantium inter ſe & contrariantium conjunctionem, quorum reſpectu nec hic excuſationem habebit.

134. Quod ſi his & aliæ addantur ſimileſq; rationes, quod nimirum in re liquidâ & manifeſtâ, inq; facto conſiſtente, artes verborum ſubtilium non attendantur, vel ſimulatæ proteſtationes non proſint *arg. l. quotiens 34. ff. de uſufr. l. continuus 137. §. 2. in fin. ff. de V. O. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum 7. num. 86. extr. de conſtitut.* imò, *ut Bart. & Angel. in l. Neſennius 34. ff. de Negot geſt. & idem*

Bart.

*Bartol. in l. alimenta* 11. *C. eod. Jaſon. in §. fuerat Inſtitut. de Act. numer.* 106. *&* 110. docuêre, quod proteſtatio nullam vim contineat in his, quæ certo modo diſpoſita, & legibus determinata ſunt, adeoq; ex præſumptione & diſpoſitione juris expreſsâ, quod ſcilicet verba injurioſa proferens, animo injuriandi protuliſſe præſumatur & intelligatur *per l. ſi non convicii* 5. *& ibi Dd. communiter C. h. t n.* proteſtatio de non injuriando corruat, omninò ſequetur, eum, qui verbo hoc injurioſo uſus ſit, non relevari. *Atque ita nobiſcum ſentiunt Covarruv. lib. variar. reſolut. cap.* 11. *num.* 1. *Damhoud. in prax. rer criminal. c.* 136. *num.* 7. *Jul. Clar. lib.* 5. *ſent. §. injuria num.* 13. *Coraſ. lib.* 6. *Miſcellan. jur. Civil. cap.* 24. *num.* 3. *&* 4. *Weſenb. in paratitl. h. t. n. num.* 8. *Gail. lib.* 2. *obſerv.* 101. *num.* 1. *& ſeqq. Duar. ad titul. de adquir. vel omitt. hæredit. cap.* 3. *Schneidew. in §.* 1. *Inſtit. h. t. n. D. Arum. exercit. Iuſtin.* 17. *theſ.* 16. *& in diſput. w.* 24. *theſ.* 15. *Farinac. lib.* 3. *prax. rer. criminal. quæſt.* 105. *inſpect.* 7. *num.* 311 *& ſeqq.*

135. Si quis tamen provocatus ad defenſionem ſuæ innocentiæ, & honoris conſervandi cauſa retorſione uſus fuerit, & alteri crimen falsò objicienti verbum hoc, TU MENTIRIS ſimpliciter, vel SALVO HONORE TUO mentiris, in continenti rejecerit *per text. in l. quæ omnia* 25 *verſ ſed ſi adverſarius, ibi, dicat dominum mentiri, junct. verſ. niſi fortè purgare magis convicium & verſ. cæterum ff. de procurator. Dn. Boc. citat. loc. theſ* 30. licet inſuper addiderit, *tu mentiris ut fur, ſive tanquam homo ſceleſtus, latro, aut prædo,* quoniam non animo injuriandi id, ſed ſe purgandi factum eſt, obligationis vinculo, quantum ad hanc actionem non obſtringitur *per l. ſi non convicii C. de injur. & propter text. in l.* 14 *§. ſi libertus ff. de bon libert. Menoch. conſil.* 42. *num.* 20. *lib.* 1. *Vaud. lib.* 2. *var. quæſt.* 28. *Gail. lib.* 2 *obſerv.* 101. cum ſit inſtar propulſationis, & quemadmodum vim vi repellere omni jure licitum, ita quoque injuriam injuriâ propugnare permiſſum *Jaſon. in l. ut vim* 3. *num.* 36. *ff. de I. & I. Wurmbſer. lib. pract. obſerv. tit.*

*47. obſerv. 18. & latè Fachin. lib. 9. controverſ. jur. c. 12. Dn. Paul. Berenſ. diſſertat. Academ. diſput. 14. them. 5.*

136. Si quis alterum, puta Sempronium mentiri dicat, & quidem circa eam rem, quæ ipſi Sempronio nõ prodeſt, nemini etiam obeſt, veluti, ſi quis eundem Sempronium hiſtoriam, aut factum narrantem recitantemve, vel nova referentem, mentiri dicat, nunquid injuriarũ actione ob id à Sempronio pulſari poſſet? Negantibus aſſenſum præbet *Barthol. in l. & eleganter 7. §. ult. ff. de dol. mal.* cui propterea, quod actio iniuriarum in genere detur adverſus omnem, qui ad contumeliam vel infamiam alterius quippiam admiſerit, ſive dicto ſive facto, per quod honori & exiſtimationi ejus macula quædam inuri poſſet *d. l. item apud 15. §. generaliter 27. ff. h. t. n.* adſentiri nullo modo poſſumus. Nam quis adeò levis ingenii exiſteret, ut non intelligeret, id etiam in Sempronii vergere ignominiam, & honorem ejus atq; autoritatẽ hoc ipſo labefactari, ſi quis ita injurioſè eum hoc mentiri proloqueretur; etiamſi mendacii ille arguatur, quod neq; ipſi bono & lucro, neq; alteri damno ac incommodo futurum eſt, *facit text. in c. ne quis arbitretur 22. quæſt. 2.* ubi expreſſim notatur, mendacium in hominibus perfectis eſſe mortale peccatum, & contra naturam *Socin. conſil. 13. column. 4. volum. 1.* quod profectò de omni mendacio ſcienter prolato accipi omninò debet, etſi mentitus ſit, nec lucrum, nec alteri detrimentum præſtet ſive adferat.

137. Verbo medio etiam, ſive indifferente, non præſumitur inferri injuria, ut ſi dixeris alicui, TU FALSUM DICIS, quia quando verbũ aliquod profertur indifferens, quod modò hanc, modò illam adſumere poteſt ſignificationem & interpretationẽ; tunc in dubio in mitiorem accipi debet & meliorem partem, quod videlicet animo injuriandi non ſit pronunciatum *arg. l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. meritò 51. ff. pro ſoc. & facit text. in c. is autem 22. quæſt. 2. verſ. nemo mentiens, &c. Schneidew. ad §. 1. num. 10. Inſtit. h. t. n. Dn. Boc. d. loc. theſ. 32.* Si tamen ex circum-

ſtantiis

ſtantiis animadverti quiret, animo injuriandi & convicii loco verba hæc, TU FALSUM DICIS, in aliquem fuiſſe effuſa, injuriarum tenebitur: Etiam ille, qui in rixa vel perturbato animo alteri ejuſmodi verba objecit *per l. ſi non convicii 5. C. h. t. n. Schrader. in tractat. feudal. part. 9. cap. 4. num.* 121.

138. Ad eundem modum injuriæ ceſſat actio in eo, qui alteri cuipiam dixit, te ſum nobilior, vel honeſtior, aut melior & probior, &c. Nam ſe talem, nempe nobiliorem, honeſtiorem, meliorem, aut probiorem altero eſſe dicens, non illicò nobilitatem, aut honeſtatem alteri adimit vel detrahit, ſed potius attribuit, dum præſupponendo fatetur, eum quoque nobilem, probum, bonum & honeſtum eſſe, quippe cum nomen comparativum ſemper ſuum poſitivum includat atque præſupponat *l. cum filius 76. §. pater cum filia ibiq́; Bald. & Gothofred. ff. de legat. 2. l. ubi autē non apparet 57. §. uſq; adeo, ibi, cum id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit, ubi Jaſon. & alii ff. de V. O.*

139. Illud præterea indubitatum eſſe autumamus, eum, qui generalia dicteria adverſus aliquem protulerit, veluti, *non totus religioſus eſt, præſtaret te eſſe meliorē, talis es, qualem te populus judicat; ab ingenio tuo non diſſides, ſemper tui ſimiles es & hujuſmodi alia*, injuriarum non obſtringi *per l. Prætor edixit 7. in pr. & §. quod autem 4. h. t. n. ubi JCtus ulp.* ex Edicto Prætoris accuratè & eleganter adnotat, neminem injuriarum intendere poſſe actionem, niſi oſtendat, certum crimen vel convicium ſibi fuiſſe objectum, quod utique in exemplis enumeratis eveniret, ſi ex illis quidam intendere vellet injuriarum actionem, & quidem propter incertitudinem, quæ omnem actum vitioſum reddit, ita ut nullum effectum producere poſſit *l. cum duo 17. ff. de in diem addict. l. cum poſt 69. § gener. ff. de jur dot. l. ita ſtipulatus* 115. *ff. de V. O. Gail. lib. 2. obſerv. 109. num. 2. Et Damhoud. in prax. rer. criminal.* diſertè tradit, dicteria talia nullam injuriam aut contumeliam parere, neque talia eſſe, ut eorum cauſa quiſque commoveri debeat:

*Gilhauſen in commentar. de injur. & famoſ. libell. §. 6. num. 46.*

140. Veruntamen illud non omnis videtur dubietatis expers, an, dum quis non purè ſed conditionaliter injurioſa evomat verba, veluti, ſi Cajus me ebrium eſſe adfirmavit, mentitus eſt: vel, ſive hoc, ſive illud dixerit, fur & nebulo eſt, injuriarum in eum cõpetat actio? Et omninò competere communiter concluſum eſt, ſi modò conditio, ſub quâ verba iſthæc injurioſa prolata ſunt, extiterit: dictum ſiquidem ſeu factum ſub conditione relatâ ad tempus præſens vel præteritum, ac ſi purè dictum factumvè ſit, reputatur, eo præſertim in caſu, quando illud, quod conditione comprehenditur, verè ita ſe habet *§. conditiones 6. Inſt. de V. O. l. cum ad præſens 37. ff. de reb. credit. l. etiamſi 3. §. ſi tamen* 13. *ff. de bon. libert. l. ult. §. 1. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. l. conditio in præteritum* 100. *ff. de V. O. ubi Zaſ.* innuit injuriam hoc modo illatã eſſe puram & nõ ſuſpenſam: quem refert & ſequitur *Dn. Boc. d. loc. theſ. 28. lit. D.*

141. Excipiens in judicio contra teſtes ad eorum reprobationem & excluſionem, quod ſint falſarii, improbi, criminoſi, & non probans, an actione injuriarum teneatur, magna opinionum varietate laborans eſt diſquiſitio? Et tam negans, quam ajens pars ſuos habet aſſeclas, & quidem acerrimos; neganti tamẽ tanquam firmioribus ſuffultæ fundamentis accedimus, hoc innixi principio ſolido; quod ſcilicet omnis ſive actor, ſive reus, qui excipiendo actor fit, intentionem ſuam probare compellatur *l. in exceptionibus 19. & l. quinquaginta 12. ff. de probat.* & ſi hoc non præſtiterit, calumniari præſumitur *l. 1. C. de advocat. diverſ. judic. c. 1. §. qui verò in probatione extr. de elect. in 6. c. qui non probaverit 2 quæſt. 3.* & propterea injuriarum conveniri quit *l. ſi tibi ſervitutis 31. C. de liberal. cauſ.* ut ita duæ probationes contra non probantem exinde oriantur, una èx ipſorum verborum contumelioſorum prolatione: altera ex facto, quod probare non poteſt, per quas unica & ſola illa præſumptio, qua contrarium propugnantes utuntur, quod nempe illiuſmodi exceptiones nõ animo injuriandi, ſed juris ſui adſe-

adſerendi & defendendi cauſa opponantur eliditur *Jul. Clar. lib. 5. ſent. in § final. quæſt. 53. n. 4. Gail. lib. 2. obſerv. 101 n. 6. & 7. Maſcar. de probat. volum. 1. concluſ. 254. num. 17. & 27. Wurmbſer. pract. obſ. lib. 1. tit. 47. num. 1. & 5. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 8. num. 79. Weſenb. in paratitl. h. t. n. num. 9. & conſil. 22. num. 30. part. 1.*

142. Quid ſi teſti objectum crimen non plenè ſed ſemiplenè tantum per unum videlicet probaverit teſtem, annè adhuc actioni injuriarum ſubjicietur? Ajentium ſequimur ſententiam; idem namq; eſt, ac ſi omninò nihil probaſſet *arg. l. injuriarũ 13. §. ſi quis per injuriam & l. item apud 15. §. ſi quis libello 29 ff. de injur.* ubi indiſtinctè adfirmatur eum injuriarum teneri, qui alterum in judicio, falſa criminis accuſatione inſtitutâ, traduxit & moleſtavit, quod omninò hîc valere dicendum eſt, quandoquidem nec lex inter eum, qui plenè & qui ſemiplenè probavit, ullam diſtinctionem facit, utroq; idcircò caſu injuriarũ ſubjugabitur actioni, quia paria habentur in jure non probare, & imperfectè probare *arg. l. 6. ff. qui ſatisdar. cog.* & cùm lex probationem exigat, illud de juſtâ ac legitimâ ꝓbatione accipiendũ eſt, *l. 3. pr. l. 12. ff. & l. ult. C. de ꝓba.*

143. Porrò, num teſtis, qui probandi objecti criminis ergò ab accuſatore ad teſtimonium ferendum productus & citatus, injuriarum teneatur, ſi examinanti interrogantiq; judici fateatur, delictum ab accuſato admiſſum, controverſa itidem & cottidiana ferè eſt quæſtio? & quia nihil æquius nihilq; verius ſit, quàm præſtito juramento in judicio exponere ſincerè cognita, viſa & audita, de quibus interrogatur, benignius eſſe reſpondemus, talem nullatenus, ſive crimen indicatum aliis teſtibus vel adminiculis probatum fuerit plenè, ſive non injuriarum minimè conveniendum eſſe *arg. l. item apud 15. § ſi quis aſtrologus 13. ff. de injur.*

144. Eo namq; facit, ut, dũ tanquã teſtis invitus atq; coactus teſtimoniũ ferre adigatur *l. inviti 8. ff. de teſtib. & tot. tit. ext. de teſtib. cogẽd.* Paria ſiquidẽ ſunt aliquid facere coactè, vel timore coactionis *l. noviſſimè 7 ibiq; Bald. & Gothofred. ff. quod falſ. tutor. auth. geſt.*

*l. ait*

*l. ait Prætor 3. §. hac actione ff. de negot. geſt.* id injuriandi cauſa à ſe non eſſe factum ſatis præſumi poſſit, quippe quod faciat hoc lege permittente, *l. Gracchus 4. C. ad L. Jul. de adulter.* quo caſu nullam incurrit pœnam-aliâs abſurdè diceretur, nemini ſuum officium damnoſum eſſe debere *l. ſed ſi quis 7. ff. quemadm. teſtament. aper. l. ſi ſervus 61. §. quod verò verſ. multò tamen æquus ff. de furt. l. quædam 26. C. de adminiſtrat. Tutor.*

145. Quod tamen ſic declarandum putamus, ita, ut non obtineat, ſi liquidò & clare probari poſſet, teſtem ſcienter & ſtudioſè contra aliquem falſum depoſuiſſe teſtimonium, quia tum eundem actioni injuriarum ſubjiciendum eſſe, evidens dictitat ratio, quod dolus & animus injuriandi hic ſubſit, ex quo vel ſolo injuria æſtimetur *l. 3. §. 1. & l. ſeq. ff. & l. ſi non convicii C. eod.* & aliâs teſtis de crimine deponens, injuriam non committere ideò receptum ſit, quod non animo contumelioſo ſed ratione officii, quo perfunctus eſt, depoſuiſſe intelligatur, quod ipſum contrariâ hac probatione eliditur, ſi manifeſtò falſi teſtimonii perhibiti poſtea convincatur: præſumptionem ſiquidem contrariâ probatione exterminari poſſe juris eſt apertiſſimi *l. ſive poſſidetis 16. ubi Bart. Caſtrenſ. & alii C. de probat.*

146. Deinde non procedit nec locum habet in eo, qui ſponte ſe judici obtulit, & delictum ab alio perpetratum eſſe adſeveravit, quia ille, ſi crimen à ſe enunciatum non probaverit, ab injuriarum actione immunis non evadit: cum teſtis ultrò ſe ingerens fiat ſuſpectus *arg. l. 25. ff. de procurat. Mynſ. centur. 4 obſerv. 3. Treutl. volum. 2. diſput. 5. theſ. 6. lit. E. Cravett. conſil. 13. num. 3. circa med.*

147. Non ſolùm etiam injuriam faciunt, obq; eam conveniri poſſunt privati homines, verùm etiam univerſitates, utpote, civitas, oppidum, pagus & conlegium *arg. l. metum 9. §. animadvertendum & ibi gloſſ. ff. quod met. cauſ. l. ſed & ex dolo 15. §. 1. ff. de dol. mal. Authent. item nulla communitas C. de Epiſcop. & Cleric.* dummodò

modò ejuſdem univerſitatis homines omnibus de univerſitate ſollemniter convocatis, animoq; deliberato & conſilio invicem communicato alicui injuriam irrogaverint: quod ſi factum non fuerit, vix obligabuntur *arg. l. ſemper 15. §. ſi in ſepulchro ff. quod vi aut clam c. delictum 76. ubi gloſſ. & Dyn. extr. de R. I. in 6. Bart. in l. aut facta 15. §. fin. ff. de pœn. Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 9. quæſt. 11. num. 123. & ſeqq.*

148. Sin autem non tota univerſitas vel civitas, ſed illi tantùm, qui civitati præſunt, atq; illam adminiſtrant, putà conſules, ſenatores, præfecti vel præſides, non convocatis ſollemniter univerſis civibus; neq; communicato conſilio, multò minus deliberatâ mente neq; ſpeciali accepto ad hoc mandato, alicui injuriã intulerint, univerſitas vel civitas ex hoc facto conveniri non poterit, propterea quod ſi aliud nihil civitatis nomine facere poſſint, eandemq; in illis ſolùm repræſentent, quorum generalem vel ſpecialem habent & acceperunt permiſſionem *Bart. in d. l. aut facta 15. §. final. ff. de pœn.* & nunquam mandatum illud intelligatur, ut alicui injuriam committendo delinquere cõceſſum ſit, quia in nullo mandato ſive commiſſione quantumvis generali id conceſſum putetur *arg. c. 1. §. quia verò de jurejur. lib. 6. l. non diſtinguemus 32 ff. §. de officio 15. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. prohibere 3. §. planè ff. quod vi aut clam l. neq; interdicto 19 ff. de R. I. l. meminerint 6. ubi Bald. C. und. vi. Boniſac. in tract. de furt. §. 10. num. 234. & ſeqq.*

149. Sunt & gradus injuriarum, ita ut aliæ majores ſive atrociores habeantur, aliæ minores ſive leviores, quibus docemur, gradus etiam in pœnis decernendis ac infligendis cuſtodiendos, omninoq; obſervandos eſſe, quia illæ commenſurandæ ſunt delictis: Et fit atrocior injuria ex tribus circumſtantiis; ex loco, ex tempore, & ex perſona *§. atrox autem Inſtit. h. t. n. l. Prætor edixit 7. §. atrocem injuriam & l. ſi unus 17 §. quædam injuriæ, ibi, enim verò à ſervis graves ſunt; creſcit enim contumelia ex perſona ejus qui cõtumeliam fecit. ff. eod.*

150. Loco fit atrox injuria, in vel extra corpus: Ex loco corporis, ut ſi violetur quis in oculo, in quo injuria facta atrocior eſt, quam in quâcunque aliâ corporis parte. Extra verò locum corporis, ut ſi quis in loco publico, puta theatro, foro, vel conſpectu Prætoris injuriâ aliquis adficiatur *d. l. Prætor 7. §. ult. ff. h. t. n. d. §. atrox verſ. vel ex loco Inſtit. eod. Paul lib. 5. ſent. Tit. 4 §. atrox injuria. Menoch. lib. 2. de arbitrar. judic. quæſt. cent. 3 caſ. 263. num. 23. & ſeqq.*

151. Ex tempore atrocior fit injuria, ſi interdiu cõſpiciente populo, vel in convivio, vel die feſto injuria alicui imponatur *d. l. Prætor edixit 7. §. ult verſ. tempore ff. de injur. Paul: dict. lib. 5. ſentent. Tit. 4. §. atrox ubi Cujac.* item ſi alicui, cum eſt in ſacerdotio, & dignitatis habitum præfert, contumelia ingeratur *l. 4. C. de injur. & ut Vlp. ait*, ſi fiat in ludis: Ludorum namq; adpellatio tempus non locum ſignificat, quaſi diceret, ſi die feſto ludorum injuria fiat, illa atrox dicetur.

152. Ex perſona fit atrocior injuria, cum magiſtratus à ſubdito *d. l. Prætor edixit 7 §. atrocem injuriam, & d. l. ſed ſi unius 17. §. quædam injuriæ ff. de injur. d. §. atrox Inſtit. eod. Menoch. de arbitr. judic. quæſt. lib. 2 centur 3. caſ. 263 num 5. & ſeqq.* parens à filio, patronus à liberto, frater à fratre, hoſpes ab hoſpite *Wurmbſ. pract. obſ. tit. 47. de inj obſ 9. Alc. de præſumt. Reg. præſ. 27. nu 7* homo in dignitatis apice conſtitutus, ab infimæ & humilis conditionis perſona, *d. § atrox Inſtit. h. t. n. verſ. vel ex perſona, ibi, ſi ſenatori ab humili perſona, Paul. d. l. 5. Tit. 4. §. atrox injuria, ibi, perſona, quotiens ſenatori, vel Equiti Romano, Decurioni, vel aliâs ſpectatæ autoritatis viro:* Hinc nonnulli moti; ut ſi Doctori ab infimæ ſortis homine injuria inferatur, atrocem eam eſſe voluerunt, *Cravett. conſil. 168. n. 10. 10. lib. 1. Bolognet. ad Auth. Habita C. ne fil. pro patr. num. 70.* item quando homo liber à ſervo *d. l ſed ſi unius 17. §. quædam injuriæ ff. h. t. n.* præceptor à diſcipulo *Menoch. dict. caſ. 263. num. 14. & ſeq.* injuriâ adficiatur: *Dn. Boc. d. claſſ. d. diſp. theſ. 38.*

153. Non

153. Non ſolùm autē his circumſtantiis atrocior injuria æſtimatur, verùm etiam aliis, utpote facto, ſive re ipſa atrox injuria fit, ſi quis ab aliquo volneratus, fuſtibus cæſus, & os alicui percuſſum ſit *d. l. Prætor edixit 7. §. ult. ff. h. t. d. §. atrox Inſtit. eod.* & quando alicui veſtes lacerantur & diſcinduntur *l. ſed eſt quæſtionis 9. ff. eod. Schneidew. ad d. §. atrox num. 2.*

154. Sic magnitudine quoque læſionis corporis, honoris, famæ vel exiſtimationis atrocior cenſetur injuria, ut ſi volnus injuriosè inflixum, magnum ſit atq; periculoſum *l. vulneris 8. ff. de injur.* Et libello famoſo integra alicujus fama læſa & arroſa ſit *Menoch. dict. caſ. 263. num. 34. & ſeqq.* ſiquidem ab atrocitate pœnæ atrocem eſſe injuriam judicamus dum componens famoſum libellum pœna plectatur capitali *l. unic. C. de famoſ. libell.*

155. Facili ex prædictis negotio deprehendi jam atq; intelligi quivis poterit, quænam levis dicenda ſit injuria: Nam quæ non eſt atrox, eam levem eſſe putamus *arg. §. videamus itaq; Inſtit. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt*: Et quia ſecundum jus noſtrum deciſum non reperiatur, arbitrio judicis id relinquendum eſſe, ut id ſuo arbitrio æſtimet atque definiat, *juxta Menoch. de arbitrar. judic. quæſt. lib. 2. centur. 3. caſ. 263. num. 2. & 3. & caſu 265. num. 2. & caſ. 266. num.* 7. rectius ſtatuitur.

156. Atque hæc de injuria verbali quæ voce fit, aut dicto in præſentiarum prælibâſſe ſufficiant. Sequitur nunc de ea, quæ ſcripto infertur: Fit autem ſcripto injuria, cum quis ſcripturâ aliquâ dolosè, putà libello famoſo, aliisvè ſcripturis deſpicitur *l. 5. §. ſi quis & l. ſeq. ff. de injur. l. unic. C. de famoſ. libell.*

157. De definitione libelli famoſi hactenus multum laborarunt interpp. ita ut nemo illorum perfectè oſtenderit, vel declarârit adhuc, quomodo ab aliâ ſcriptâ injuriâ differat, id ex propria definitione ipſius cognoſci poſſit: *Dn. Bocer. in tract. ſuo de famoſ. libell. cap. 1. num. 11. cum definit: quod ſit ſcriptura, qua alicui ad ejus infamiam ignominioſum quid dolosè objicitur, per l. 5. § ſi quis*

*librum, ibi, dolove malo fecerit. ff. de injur. & c. ult. ibi, ſed vim eo-rum doloſè manifeſtaverit 5. quaſt. 1. Aliter Dn. Vicecancellar. Vult. 3. lib. 1. Juriſpr. Romanæ cap. 49.*

158. Nos *ex d. l. 5. §. ſi quis librum 9. ff. de injur.* ita eum definiri poſſe exiſtimamus? *quod ſcilicet ſit liber ad infamiam alicujus perti-nens ſcriptus, compoſitus, editus, dolove malo factus, quo certum & fa-moſum crimẽ alicui objicitur: facit §. 1. verſ. ſi quis ad infamiã Inſt. h. t. n. l. item apud 15. §. ſi quis libello 29. ff. eod. d. l. unic. C. de famoſ. libell.* Vulgò dicitur Paſquillus, ex ea ratione, quod omnis generis ſcripta maledica apud Paſquilli ſive Paſquini ſartoris Romani tabernam ubi ſtatua ejus erecta erat, nocturno tempore affigi ſolitum erat *Dn. Boc. d. loc. num. 2. ex theat vit. human. vol. 21. lib. 3. fol. 3709. in verbo Paſquillus*: Germanicè Ein ſchmähſchrifft oder Paſquill.

159. Ipſum verò libelli nomen inde videtur acceptum, quod inſtar libelli accuſationis contineat crimen aliquod magnum, & accuſatione dignum, & aliquem ſine judice judicioq; publicitùs quaſi accuſet, *arg. l. unic. C. de famoſ. libell.* & differt ab injuria ſcri-pta in ſpecie dicta, quod ſcilicet hæc quidem ad contumeliam ali-cujus pertineat, ſed tamen ſicut ille infamiæ maculam nõ adpor-tet: ut cum quis ſcripto alicui objiciat, quod luſcus ſit, vel claudus, vel fatuus, vel mendicus, vel cadaverũ excoriator, &c. eo enim ipſo non impingit delictum aliquod notabile *Weſenb. in paratitl. h. t. n. num. 19. & conſil. 22. num. 5. part* 1. *& in not. ad Schneidew. in §. 1. Inſtit. eod.* quam ob rem gravior eſt etiam famoſi libelli, quam ſimplicis injuriæ pœna,

160. Libelli famoſi in generaliſſimâ ſignificatione poſiti, ſpe-cies conſtituit poſſunt. I. Libellus famoſus propriè dictus, ſive ſcriptus, ſive excuſus ſit *d. l. unic. C. de famoſ. libell. l. 5. §. 9. ff. h. t. n. Receſſus Imperii de Anno* 1590. zu Nürnberg auffgericht / §. Als auch / ꝛc. Item zu Augſpurg 1530. §. Vñ nachdem durch die unor-dentliche Truckerey / ꝛc II. Pictura famoſa *per l. 5. §* 10. *ff. h. t. n. & dictis Receſſibus, & in Receſſu Spirenſii, Anno* 1590. § Zum an-

dern

dern ſoll auch kein Buchtrucker *cum §§. ſeqq. Et Francofurti Annò 1577. tit. 35.* §. Und ſetzen ordnen und wöllen wir / 2c. III. Sculptile & fuſorium opus, quod quis in alterius contumeliam facit, aut ab alio factum ignominiosè protulerit, *ut indicat prædictus Receſſus Imperii Auguſtæ habitus de Anno 1548. tit.* Von ſchmehigſten / Gemählts und Gemächts / §. Ferner ſetzen ordnen und wöllen wir / *verſ.* Dergleichen / *ibi,* Gemächts / geſchnitzt / gegoſſen oder gemählts / 2c.

161. IV. Quia carmina famoſa quoque ſcribuntur, vel ſcribi poſſunt, ipſum quoque carmen famoſum ſpecies libelli famoſi eſſe poteſt *l. 5.* §. 10. *ff. h. t. n.* V. Quemadmodum & Epigramma dicitur, quod ſcribi poteſt, utcunque ſcriptum non ſit, cum & per Epigrāmata *in d. l. 5. §.* 10. intelligenda videantur, carmina famoſa *per l. 25.* §. *27. ff. eod.* *l.* 21 *ff. de Teſtib, l. 18. §. ult. qui teſtam facer. poſſ.*

162. VI. Etiam hiſtoria famoſa *§.* 1. *Inſtit. h. t. n.* Prima tamen ſignificatio eſt propria, poſteriores analogicè tantùm in verbis continentur: revera etenim aliud eſt ſcriptura, aliud pictura *l. 9. §. 1. & 2. ff. de A. R. D. §. 33. & ſeq. Inſtit. de Rer. diviſ.* & Conſtitutiones, ut videri poterit, Imperii citatæ eadem etiam diſtinguunt. *Dn. Boc. d. loc. cap. 1. num. 24. & ſeq.*

163. Et genera etiam libelli famoſi tribus diſtingui poſſunt modis: dum æſtimantur 1. vel ex parte ſcribentes, vel 2. ex infamati parte, vel 3. ex infamiæ conditione: Ex parte ſcribentis duo itidem recenſentur genera libelli famoſi; quorum unum eſt, ſi autor nomen ſuum non adpoſuerit, quo caſu cuivis de populo accuſandi poteſtas permittitur: Alterum eſt, ſi adjecerit ſuum nomen ipſi libello, *l. Lex Cornelia 5. §. ſi quis liberum 9. ff. de inj.* quo caſu ipſi privato quoq; cōpetit injuriarū actio *l. quod ſenatū ff. d. t.*

164. Sic quoque ex infamati perſonâ libelli famoſi genera, duobus diſcernuntur modis: priori, ex adpoſitione & omiſſione nominis infamati *d. l. ſenatum 6. ff. d. t.* poſteriori ex qualitate

perſonæ infamati: quoniam famoſus libellus editur, vel ad infamiã perſonæ inluſtris, vel in privatam perſonam: Reichs Abſchiedt zu Erffurdt *de Anno* 1567. Demnach auch/ *junct. l. 7. §. ult. ff. de injur. & d. §. atrox Inſtit. eod.* Eaq; diſtinctio propterea ita uſu obtinuit, quod alia in jure conſtituta ſit pœna libelli famoſi, cui adſcriptũ non eſt nomen autoris: Alia item illius libelli qui inſertum habet infamantis nomen *per d. l. unic. C. de famoſ. libell. l. lex Cornelia 5. §. ſi quis librum 9. in fin. ff. h. t. n. l. is cui 18. §. ult. ff. qui teſtamen. facer. poſſ.* Peinliche Halßgerichts Ordnung Keyſer Carols deß fünfften *artic.* 110. Atque alia ſit pœna, ſi in perſonæ inluſtris infamiam conſcriptus ſit libellus; alia item, ſi ad privatæ injuriam pertineat. *Boc. d. cap. 2. num. 18. in med. fer. in tract. de famoſ. libell.*

165. Rurſum infamiæ conditio quæ in libello famoſo fuit objecta ſubſtinguitur in duo itidem genera: Aut enim in eo tale ingeſtum & objectum eſt crimen, ex quo de jure noſtro imponenda venit pœna mortis naturalis, eumq; libellum propriè dici famoſum & paſquillum tradiderunt *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. centur. 3. caſ. 263. num. 43 Weſenb. conſil. 22. num. 5. & Daut. in tract. de Teſtam. num. 220. pag. 268. in pr. & num 227. pag. 269. verſ. ut & diffamatio*: Aut denique ejuſmodi crimen, ob quod vel aliâ corporis, vel ſaltem infamiæ pœnâ delinquens adficiendus eſſet: P. H. O. *artic.* 110.

166. Quæ cum ita ſint, reſultat tamen ex iiſdem, non minus celebris, quàm ardua inter interpretes juris ſæpius exagitata quæſtio: *Sitne de ſubſtantia famoſi libelli, ut in eo expreſſum & additum ſit, ſive non expreſſum & additum nomen autoris?* Et quia plerumque autores famoſi libelli nõ addant, neque exprimant, ſed quàm ſtudioſiſſimè fieri poterit, nomina in occulto retineant, remur planè, famoſum eſſe libellum, ſive inſertum & expreſſum ſit autoris nomen, ſive non, *per textum apertum in d. l. Lex Cornelia 5. §. ſi quis librum, ibi, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine ff. de injur. weſenb. in paratitl. h. t. n. num. 19.* idq; expreſsè innuit, parti-

particula ETIAMSI, in præcedentibus ſcilicet verbis actum fuiſſe de eo, qui nomen adjecerit: *Dn. Harprecht in tract. criminal. in d. §. injuria autem num. 154. Inſtit. de injur. dn. Boc. d. loc. num. 6. & ſeqq. Myrſing. reſponſ. 56. num. 43. Receſſus Imperii Francofurtenſis de Anno 1577. T. t. 35.* Vnd ſetzen/ Ordnen/ *&c. ibi,* es habe der Autor einen Namen darunter geſetzt oder nicht.

167. Præcedenti quæſtioni non multum cedit, & illa, num quoque neceſſarium ſit, adeoq; ad libelli famoſi ſubſtantiam pertineat, ut in eo deſignatum & additum ſit nomen illius, in cujus infamiam editus & ſcriptus eſt? Adfirmativa pars nititur probabilibus quidem argumentorũ fulcris, aſt quoniã nihil curatur, cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis & propoſiti intentio dirigatur *l. cum pater 77. §. donationis 26. ff. de legat. 2. Farinac. in prax. criminal part 3 quæſt. 105. num. 171.* nec multum refert proprio nomine res ad[illegible]elletur, an digitò, vel aliis quibuſdam voculis demonſtretur *juxta JCtum Paul. in l. certum 6. ff. de R. C.* modò ex quibuſdam conjecturis colligi & facili indagatione judex adſequi poſſit, quiſnam ſit ille, in cujus ignominiam libellus iſte famoſus ſcriptus, cõpoſitus & editus fuerit, *ſecundum Bart. in d. l. item apud 15. §. cui non ſine cauſa 9. ff. h. t. n. & Heig. part. 2. quæſt. 31. num. 33. & ſeqq.* Negativa probabilior, & etiam verior eſt, eidem ſubſcribimus, præſertim, quod infamans etiam compelli queat à magiſtratu ad exprimendum diffamati nomen & perſonam *l. congruit 13. ff de offic. præſid. Heig. d. loc.*

168. Nec omittenda, ſed potius inſerenda & dirimenda anceps eſt quæſtio, numquid delictum famoſi libelli, publicum ſit, an privatum? Et quidem *Dn. Bocer. in tractatu ſuo ad L. unic. C. de famoſ. libell. num. 36. cap. 5.* publicum eſſe acerrimè propugnat, cujus autoritati etſi nihil derogatum velimus, in eo tamen adſentiri nequaquam poſſumus, vel ob ſolam legum majeſtatem, quarum hæc propria, ut illæmet, ſi quod delictum publicum eſſe debeat, id ipſum tale eſſe jubeant & præcipiant, quod quia in hoc

deli-

delicto ſpecialiter nondum conſtitum eſt, pace illius, privatum id eſſe adfirmamus *per l. 1. ff. de public. judic. l. 3. §. ult. ff. de prævaricat.* & ratio redditur non minus vera quàm certa, quia illud ſemper adjungitur & delictis privatis connumeratur tàm in Codice, *ubi eſt titulus de injūr.* & ſtatim ſubſequitur *de famoſ. libell. Titul.* quàm in ffits, ubi conjungitur, *Titulus de injuriis & famoſis libell.* & inſtitutionibus *in §. 1 verſ. ſi quis ad infamiam Titul. de injur.*

169. Cæterùm cum multifariam enorme illud famoſi libelli delictum pro variantibus circumſtantiis puniatur, & interdum levius, interdum gravius, propterea, quod non modo quâvis aliâ injuria acerbior eſt, & atrocior, cum animo deliberato concipiatur, ſed etiam multò pernitioſior, ut quæ continuâ premat aliquē injuriâ, perpetimq; famam alterius ſuggillet: Vox enim (ut dicitur) audita perit, & litera ſcripta manet, ſicuti rectè *Damhoud. in prax. rer. criminal. cap. 138. num. 2.* ſcribit, quod famoſus libellus quovis ferro nocentior ſit, & aſpide quovis formidoloſior, rectè ſtatuit *Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. centur. 3. caſ. 263. num. 25.* Eum, qui libellum famoſum non modò compoſuit: ſed eundem etiam vel ipſe, vel per alium edidit & publicavit, de jure Civili pœnæ ordinariæ, capitis nimirum *l. unic. C. de famoſ. libell.* de jure verò Canonico fuſtigationis vel flagellationis, & interdum etiam excommunicationis ſubjiciendum eſſe *c. 1. 2. & 3. cauſ. 5. quæſt. 1. ibiq; gloſ. & Dd. Farinac. lib. 3 prax. criminal. quæſt. 105. num. 430 & ſeqq.*

170. De eâ tamen ſubdubitatur nonnihil quæſtione: an eâdem pœnâ plectendus ſit, qui inventum quodam in loco libellum famoſum legit, & poſt alii ſimiliter legendum exhibuit, & ille quidem eundem legere incœpit, verùm, antequam legendo abſolviſſet, pœnitentiâ ductus, è manibus ipſius excuſſit? Negativam amplectimur, ſi modò non eò uſque progreſſus ſit perlegendo, ut exinde percipere poſſet, quale crimen in eo deſignatū & alicui objectum ſit *d. l. unic. ibi, aut nulli confiteatur inventum C.*

*de fa-*

*de famoſ. libell. ſcri. in l. qui falſum 10. in pr. C. de L. Cornel. de falſ.* [illegible] *lib. 1.* [illegible] *in § final. quæſt. 92.* [illegible] *& Menoch. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 300. num. 10.*

171. Nec tum arbitrariam pœnam locum habere credimus, quando eum, qui libellum famoſum conſcripſit quidem, & quod magis eſt, adfixit etiam, antequam tamen in publicum dimanaret, & divulgaretur, pœnituit, atque illum ſuſtulit, refixit, & delevit, *arg. l. qui falſum 10. ff. ad L. Cornel. de falſ.* & huic ſententiæ inprimis patrocinium præſtat *l. 1. C. de crim. ſtellionat. & l. 4. ff. de his qui notant. infam. arg. l. qui ea mente 65. arg. à contrario ſenſu ff. de furt.* Nec enim juſtæ pœnitudinis humanitas amputanda eſt, *ut* [illegible] *Arcad. & Honor.* ſcriptum reliquere *in l. ſi quis 28. C. de appellat.* ſed delictis venia pœnitentibus concedenda, *l. Manichæos 4. § ſed nec filios, 5. C. de Hæret. & Manich.*

172. Quod ſi tamen injuria per famoſum libellum jam divulgatum aliquem adfeciſſet, iſque in continenti pœnitentia percitus eandem revocare vellet, licet quidam contrarium adſerant, ab obligatione injuriarum nullo modo hic liberabitur: Quia nec ipſa juris noſtri ſanctiſſima autoritas pœnitentiam inter modos revocandæ injuriæ connumeraret, & alias nemo in delictis necenter pœnitentiâ ſuâ eſſe deſinat *per l. quod ſi fugitivum 17. § 3. ff. de Ædilit. Edict. d. l. qui ea mente 65. ff. de furt. l. pen. ff. ad Senat. Turpill. & l. ſi non convitii 5. C. de injur.* Imò licet cauſa cujuſdam effectus ceſſet, non tamen illico ipſe effectus in jure jam partus & quaſi conſiſtens, atque conſummatus, amplius ceſſat [illegible] *Tract.* [illegible] *11. & 12.* Idcircò nec ea injuria, quæ ſemel illata eſt, & ex qua confeſtim injuriato obligatio & actio competit, quamprimum injuriæ effectus eſt ei adquiſitus, tolli pœnitentia ea amplius poteſt, *Du. Harprecht in tract.* [illegible] *ad Tit.* [illegible] *de injur. § 6.* [illegible] *num. 70. Du. Bor.* [illegible] *diſput. 4. theſ. 79.*

173. Interdum evenit, ut is, qui libellum famoſum dum com-

poſuit, eundem tamen ipſemet non publicet, nec alii publicandum mandet, ab alio fortaſſis inveniatur, & deinde in publicum propaletur, quæſitum fuit an autor nihilominus ordinariâ famoſi libelli pœnâ coërceri debeat? *Cum Menochio lib. 2. centur. 1. caſ. 263. num. 36. de arbitr. judic. quæſt.* in adfirmativam deſcendimus: quandoquidem ipſemet anſam & cauſam infamandi alterű præſtitit, & ſuæ negligentiæ adſcribere debet, quod non diligentius cuſtodierit: nihil etenim intereſt publicet quis ipſe libellum famoſum, an cauſam infamandi publicè præbeat *arg. l. nihil interest 15. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. qui occidit 30. §. in hac quoq. ff. ad L. Aquil. & in l. Prætor ait 4. §. ſed & ſi quis ff. vi bonor. raptor.* nec mutata voluntas præſumitur, quod quondam eundem non fuiſſet editurus *l. eum qui voluntatem 22. ff. de probat. [illegible] gloſſ. in verb. præſens ff. de condition. & demonſtrat. [illegible] C. de Teſtament. [illegible] 17. extr. de procurator. [illegible]* & ſi voluiſſet pœnitere, concremare libellum ſine ullo labore potuiſſet.

174. Qui doloſè diffamandi alterius gratiâ libellum nõ compoſuit quidem, ſed alio componente & dictante excepit [illegible] pſit tantummodò, quia eandem pœnam propter dolum [illegible] randi animum, qui ſimul in eodem præſumitur [illegible] *l. item apud 15. §. ſi quis libello 29. ff. h. t. n. Cephal. conſil. [illegible] 21. lib. 3.* & quod opem auxiliumq; infamatori tulit, proinde [illegible] pari cauſa cum eo cenſetur, ob evidentiam legum [illegible] apertiſſimum videtur *d. l. Lex Cornelia [illegible] §. ſi quis librum [illegible] ve malè fecerit l. item apud Labeonem 15. §. ait Prætor [illegible] quid infamandi cauſa fit, & §. generaliter 27. ff. h. t. [illegible] ff. ad L. Pompei. de Parricid. l. 1. ff. ad L. Jul. peculat. l. unic. C. de [illegible] virgin. Clement. 1. de pœn. cum ſimilib.*

175. Diffamatus ita famoſo libello, an de honore ſuo [illegible] periclitari & infamatus eſſe, ſi per convicium injuriâ [illegible] tamdiu dici poſſit, donec in judicio per ſententiam ab [illegible] lutus, victoriam obtinuerit, non immeritò hic attingi poſſit. Vul-

gò opi-

[illegible] opinio communis magis, quàm vera eſt, & omninò improbanda [illegible] in collegiis mechanicis conſuetudo, quâ cõſtitutum, ne [illegible] opificium exerceat, cui injuria illata eſt, priuſquam legitimo modo ab eadem ſe purgaverit. Nec enim infamia *juris* eum laboráre dici poteſt, quoniam jus nullam ei nominatim infamiam irrogat, *arg. l. 1. ff. de his qui not. infam. & tot. tit. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Nec etiam *facti*, ſi quæ illa eſſet, quia per ſententiam [illegible] non ſit condemnatus, *l. [illegible] 19. ibi, infamem eum fe-[illegible] ſpecialiter ob injuriam, vel admiſſam [illegible] condemnatus ſit. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* multò ergò minus opinione opificum collegii mechanici talis infamis haberi dicive poterit, *arg. l. unic. C. de Monopol.* Reichs Abſchiedt zu Augſpurgk *de Anno 1548. in* [illegible] *Titul* Von Handtwercks ſöhnen/ Geſellen vnd Lehrknaben/ *& de Anno 1577. Tit. 38. §.* Es ſollen/ idem apertè probant, *ibi*, Daß der Jung [illegible] geſchmäht werden/ ꝛc. *late Dn. Boter. d. tract. cap. 4. per tot.*

176. Pœnã famoſi libelli de jure civili capitalẽ eſſe, *ex d. l. unic. C. de famoſ. libell.* pluſquam manifeſtò conſtare arbitramur, ſed [illegible] tamen adhuc ambiguum *uti conſtat ex Jul. Claro lib. 5. ſent. §. final. quæſt. 98. num. 25. Damhaud. in prax. rer. criminal. cap. 123. num. 1. Myſing. Decad. 6. reſponſ. 59. num. 48. & ſeq.* an, quia ſimpliciter *pœnæ capitalis* mentio inibi fiat, ultimum ſupplicium per eam intelligi debeat, an verò etiam quævis alia, utpote, deportatio, vel in metallum condemnatio, vel talionis pœna? Nos [illegible] amplectimur ſententiam, qui pœnam famoſi libelli, *in d. l. unic. C. de famoſ. libell.* relatam, non de ultimo ſupplicio, ſed minori, atque de quâcunque alia pœna intelligendam eſſe tradiderunt, *inter quos eſt Myſing. d. [illegible] reſponſ. 59. num. 49. & Ludovic. Gilhauſ. in comment. de injur. & famoſ. libell. §. 12. num. 15. & in arbor. judic. criminal. cap. 2. tit. 34. §. 20. num. 5. & Dn. Boter. d. loc. num. 4. & ſeqq. cap. 1.*

177. Perſpicuum hujus ſententiæ & robuſtiſſimum funda-

mentum, vel hoc eſſe poterit: quotieſcunque in pœnalibus conſti-
tutionibus, legibus, vel ſtatutis verba ponuntur ambigua, ea ſem-
per fieri debet interpretatio & explanatio, per quam minor &
mitior ſancita intelligitur pœna *l. ſi præſes 32. l. ſanctio legum 41. &
l. interpretatione 42. ff. de pœn. c. in pœnis 49. de R. I. in 6. l. ſemper*
*56. l. ea quæ 192. §. 1. ff. eod. gloſſ. in l. eos 6. § ſuper his* [illegible]
*re C. de Appellat.* odioſa quoque conſtringenda & non amplian-
da ſunt *c. odia extr. de R. I. in 6.* & pœnæ molliendæ ſunt non ex-
aſperandæ *d. l. interpretatione 42. ff. de pœn. c. pœnæ 18. de pœnitent.*
*diſtinct. 7.* ut ita in obſcuris, quod minimum eſt ſequi, eamque ſigni-
ficationem accipere poſſimus, quæ vitio careat *l. ſemper in obſcu-*
*ris 9. ff. de R. I. l. factum 131. § ult. ff. eod.* at vitio non caret ea ſigni-
ficatio, ſi verba illa, quibus *in d. l. unic.* exprimuntur, libelli famo-
ſi fabricatio vel manifeſtatio pœnam capitalem irrogandam
eſſe, non de ultimo ſupplicio, ſed alia, adeoque leviori interpreta-
remur pœna *per l. perficiendum 11. in pr. ff. de pœn. & arg. l.* [illegible]
*cuſare 12. § omnibus verſ. idem dicendum ff. de accuſat.*

178\. Cùm varias in jure noſtro recipiat ſignificationes *pœna*
*capitalis*: quod non tantum ea adpelletur, qua vita naturalis ad-
mitur damnato, ſed etiam quâ libertas, civitas, vel familia [illegible]
aufertur *l. 2. l. capitalium 28. ff. de pœn. l. 2. ff. de* [illegible]
*dicto 13. ff. de bonor. poſſeſſ. l. qui cum in* [illegible] *§.* [illegible]
*bon. libertor. l. cum patronum 10. ff. de jur. patronat.* [illegible]
*101. ff. de V. S.* quin imò ipſa quoque conſtitutio criminalis Carolina
pœnam talionis tantum imponit, ut ſcilicet convitiator [illegible]
ſubeat pœnam, quam alii præparare cogitaverat [illegible]
110\. & noviſſimi receſſus Imperii arbitrio judicis pœnam [illegible]
delicti committi præcipiunt: Reichs abſchied zu Augſpurg [illegible]
*no 1530. & de anno 1548. Tit.* vom ſchmähſchrifften [illegible]
[illegible] *&c.* Reichsabſchied zu Speyer *de anno 1570. §.* [illegible]
ſollen *&c.* [illegible] Reichsabſchied zu [illegible] *de*
*anno 1577. Tit. 35.* vom Buchtrucker / ſchmähſchrifften *&c. §.*

[illegible] Peinlich [illegible] ohne [illegible] ordentlichen [illegible] *& ſeq. ibi.* vermög der Rechten/ vnnd [illegible] nach gelegenheit vnd geſtalt der ſachen/ ꝛc.

179. Dicendum igitur prædictam pœnam *l. unic. C. de famoſ. libell.* irrogatam, non intelligendam de ultimo ſupplicio, ſed de alia quavis quæ civiliter capitalis appellatur, & per quam mors civilis infertur *per l. 2. ff. de public. judic. & §. 2. inſtit. eod.* cui opinioni videtur *d. l. lex Cornelia 5. §. ſi quis librum ff. de injur.* ubi ſolum inteſtabilis ex lege eſſe jubetur, qui nomine libelli famoſi condemnatus eſt: quicquid enim ſpecialiter lege nova abrogatum & expreſſum non reperitur, id veterum conſtitutionum regulis relinquendum eſt *per vulgat. l. præcipimus 32. C. de Appell.* neq; novum ut poſteriores leges trahantur ad priores *l. non eſt novum* [illegible] *ff. de LL.* [illegible] *& poſteriores 28. ff. eod.* quod utiq; in hoc concurſu juris & veteris, & novi, & noviſſimi faciendum, ſi alias cum legibus loqui, nec apertam pugnantiam inter eas ſtatuere volumus.

180. Concedimus tamen prædictæ *L. unicæ* allegatam pœnã, etiam de ultimo ſupplicio aliquando explicari poſſe, ut ſi tale alicui in famoſo libello objectum & imputatum eſſet crimen, quod mortē meretur, *ſecundum gloſſ. in d. l. unic. verb. ſi quis famoſum,* [illegible] *Bonifac. de Vitalin. Tract. de malefic. Rubr. de famoſ. libell. num.* [illegible] *reſolut. cap. 6. num.* [illegible] *tamen Petr.* [illegible] *part. 2.* ut ſi crimen læſæ Majeſtatis objectũ fuerit, cujus pœna ultimum eſt ſupplicium, ideoq; per calumniam aliquem accuſans, [illegible] pœnam talionis ſubit *l. ult. C. de calumniat. & l. 1. ff. de prævaricat.* cum ergo ea ſit pœna mortis naturalis *l. quiſquis in princ. & l.* [illegible] *C. ad L. Jul. Majeſt.* eadem quoq; pœna coercetur in eum, qui alium per calumniam Majeſtatis accuſaverit.

181. Item, ſi quis in libello famoſo diffamatus ſit, quod mi- [illegible]

interpretamur de pœna mortis eam ob cauſam, quod hoſtile ſit & abominandum, violare portas, & muros civitatis, aut eos ad mœnia ſcalis tranſcendere, ſi probari nequeat diffamans, per ſimilitudinem ſupplicii, illi pœnæ ſubjici debet, quam delictum imputatum importat, quoniam vetus eſt hæc calumniæ pœna, ut ad eam trahat ſimilitudo ſupplicii *Lean. in l. ult. C. de calumn. Heig. citat. loc. num. 46.*

182. Sæpiſſimè etiam evenit, ut in libello ejuſmodi famoſo non tantū homines privati, ſed etiam illuſtres conviciis proſcindantur graviſſimis, delictaq; iisdem impingantur notabilia, quæſtio hinc exſiſtit non de minimis, ut ajunt: *An autores famoſi libelli tam graviter aliquanto illis, qui privatis injuriam inferunt, puniendi ſint?* Sunt ſanè, & ex antiquioribus quidem Juriſperitis, qui ab hiſce crimen læſæ majeſtatis in perſonas illuſtres diffamatas committi non ſine ratione adſtruunt: Siquidem eos læſos conſtet, qui licet ſuperiorem recognoſcant, in territoriis tamen ſuis & dominiis liberrimam exercent Juriſdictionem, adverſus quos certo reſpectu ſuoque modo crimen illud commiſiſſe recte dicerentur, ut poſt alios latè *Peregr. de Iur. Fiſc. lib. 3. cap. 8. num. 9. 9. num. 4. lib. 4. tit. 5 num* 19 *& ſeqq. Boſſ. de crimin. læſ. Majeſt. num. 51. & ſeqq. Myſing conſil.* 44. *num.* 12. *& ſeqq.* aliosque plures docuiſſe refert *Petr. Heig. d. loc. num* 44.

183. Verùm cum aliter conſtitutum reperiatur *in Lean. C. ſi quis Imperat. maledix.* ex qua perſpicuum evadit, *non ſolum D.* Impp. eum, qui Imperatori maledixiſſet, pœnæ noluerunt ſubjugari & neq; durum quid, neq; aſperum voluerant ſuſtinere, ſed ſi ex levitate proceſſerit contemnendum, ſi ex inſania miſeratione digniſſimum ſi ab injuria remittendum, nec ſpeciem hanc ad L. Jul. Majeſtatis nunquam pertinuiſſe uſpiam legatur, referente *Heig. alleg. quæſt. num. 51. ex Tacit. lib 3. annal.* dicendum omnino videtur, licet verba quædam injurioſa diffamandi alicujus perſonæ illuſtris cauſa prolata ſint, ad hoc tamen crimen non pertinere Ma-

*per Menoch. de arbitrar. judic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 377.*

184. Nec opus eſt multas hic cõgerere cauſas & deciſiones, quia omnium inſtar eſſe poterit decreta Comitiorum Imperialium, in quibus ſæpè hujuſmodi Paſquillorum & libellorum famoſorũ in illuſtres perſonas ſparſorum fit mentio, inprimis autem decretum Erphurdi anno 1567. promulgatum, in quo ſeverè prohibetur, ne quis libellos famoſos edat, componat, vel vendat, aut emat, ſed de eo, quod crimen læſæ majeſtatis committat, qui ejuſmodi perſonas Paſquillis traducit & criminatur, nullum verbum, imò expreſſè ſancitum, pœnam, quæ à Majoribus noſtris in eos ſtatuta eſt, perpetuò debere ſervari & fideliter urgeri: *ut in §.* demnach ſetzen in dieſer verordnung/ *ibi.* die geringere perſonen *& verſ.* ſondern auch ſo die obrigkeiten zugleich *&c. & in §. ſeq.* wann ſie eine [illegible] *verſ.* und ſie zu wolverdienter ſtraff/ vermög gemeiner beſchriebenen recht/ *&c. & in §.* ſetzen/ ordnen *&c. verſ.* alles bey Peen und ſtraff *&c.* claris & apertis ſcriptum legitur verbis.

185. Ne itaq; nos rigidiores & acerbiores ipſis legibus & Imperatorum conſtitutionibus ſimus, ſed civiliores animi ſidem retineamus, iſtis in terminis verſari omninò oportebit, memores [illegible], cavendum eſſe iis, qui degunt ſub principibus, ne magis prudentia in ſe deſideretur, quàm in principe clementia. & ut alius eleganter inquit, Regum Ducumq; clementia non in ipſorũ modò, ſed etiam in illorum, qui parent ingeniis ſita eſt.

186. Hoc nihilominus ſponte noſtrâ & ingenuè profitemur, ut, quemadmodum gravior cenſetur injuria ex perſonæ qualitate, ſic & eum, qui libello famoſo edito, compoſito, & facto perſonas illuſtres diffamavit, & earundem famam autoritatem, & exiſtimationem injurioſè arripuit, gravius quoq; venire puniendũ: Et licet pœna legis Juliæ, qua Majeſtatis læſæ rei coercentur, non adhibeatur, alia tamen ſuperſunt pœnarum genera, quibus delictum pro atrocitate ſua, prout par eſt, puniri poteſt, utpote fuſtigatione vel relegatione. *Petr. Heig. d. loc. num. 52. & ſeqq.*

Atqui

187. Atqui tantum etiam de omni injuriæ impoſitione, tranſitus nunc faciendus ad ejuſdem vindicationem, quâ injuriam nobis illatam propellimus, & adverſus illam nos tuemur atq; defendimus: Ea autem duplici committitur modo: aut enim privatim nos vindicamus, & propriè RETORSIO adpellatur, aut publicè ſive judicialiter *dn. Bocer. d. claſſ. d. diſput. theſ. 44.*

188. Privatim & per retorſionem vindicatur injuria, quando quis propria authoritate, abſq; magiſtratu ſive judice, injuriam impoſitam in continenti propulſat, & in eum, a quo injuriatus eſt aliquis, eam regerit, ſive ea fuerit realis, uti ſi manus adverſus quempiam levatæ ſint, *l. item apud 15. §. 1. ff. de injur.* aut ſtuprator libidinis explendæ cauſâ in virginem ſive fœminam quandam irruat *l. 1. §. pen. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 23. §. qui latronem, ubi Cujac. Dn. Boc. dict. loc. theſ. 45. lit. b.* ubi refert, ancillam quandam hâc privatâ vindicatione ita uſam eſſe, & juveni cuidam per vim ei ſtuprum inferre conanti, virilia amputaſſe & præcidiſſe.

189. Sive verbalis *l. 3. ff. de I. & I.* in qua ICtus Florentinus expreſſim ait, jure licere vim, atq; injuriam propulſare, & diſerte diſtinguit vim eam, quæ corpori infertur, ab injuriâ, quâ honor & fama alterius adfligitur, *l. qui cum major 14. §. ſi libertus ff. de bon. libertor. l. quæ omnia 25. ff. de procurator. ibi, ſecundum erit, pudorem ſuum purgans* cum gravior cenſeatur honoris & famæ, quam opulorum amiſſio, vel omnium bonorum jacturâ *l. in ſervorum 10. §. fin. ff. de pœn. l. Iuli[illegible] 26 ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & l. infamia 8. C. de Decurion.* ut hic non minus curanda ſalvandáque veniat fama, quam ipſa vita, maximè cum dicantur paribus ambulare paſſibus. *in l. juſta 9. ff. de manumiſſ. vindict. l. iſti quidem 8. §. 1. ff. quod met. cauſ. facit huc text. in l. ſi ag. 4. l. & ſi 1. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil. l. 1. §. cum vi 28 ff. de vi & vi armat. l. 1. & 2. C. quand. liceat unicuique ſine judic. ſe vindic. c. [illegible] 18. §. quod ſi verſ. ſi vero extr. de homicid.* P. H. G. Carol. 5. *artic. 139. & ſeq. Fachin. lib. 9. contr. jur. cap. 12.* De-

190. Debet idcircò fieri, in continēti, zu friſcher that/ quod tamē eo non debet accipi ſenſu, quaſi eo momento tantum retorqueri injuria deberet, quo infertur. ſed quando commodè fieri poterit, etiam poſt aliquot dies & ſeptimanas præterlapſas, modò ad extraneos actus non deſcenderit, ſed tempus, quod intervenerit tribuatur remediis ſeſe ulciſcendi quærendis *arg. conſtitutionis criminalis Carolinæ in part. 2. tit. 9. §. 1.* ſo jemands *in fin. ibi.* zu friſcher that/ oder wann er ſeine freünde vnnd helffer haben mag/ nam ſicut vis armata inlata rectè armis propellitur in continenti, ita quoq; injuria verbalis licitè confeſtim verbis contrariis propulſatur & regeritur; idq; in hunc modum, Tu mentiris; vel, hoc ipſum mentiris ſicuti fur & nebulo, idiomate noſtrate, ſolches redeſtu nicht/ wie ein rechtſchaffener vnd warhaffter Biderman/ beſondern als wie ein wiſſentlicher/ vnverſchämter vnd verlogner ehrenſchender/ dieb/ oder ſchelm ꝛc. *Damhoud. in prax. rer. crimin. cap. 136. num. 6. Coraſ. lib. 6. Miſcellan. cap. 24 num. 6. Wurmbſer. lib. practic. obſ. tit. 46. obſerv. 4 & 18. Gail. lib. 2. obſerv. 100. num. 3. & ſeqq. Menoch. conſil. 107. num. 42. Schneidew. ad §. 1. numer. 8. & ſeq. Inſt. de iniur. Weſenb. in paratitl. C. quand. lic. unic. ſin. iud. ſe vindic. Mynſ. centur. 5 obſerv. 17 num. 3.*

191. Hinc abſens, cui in abſentiâ injuria facta eſt, poterit verbalem eam injuriam, quamprimùm reſciverit, impoſitam retorquêre & regere: id quod ex uſu fieri conſuevit coram Notario & teſtibus, per libellum, qui regeſtionem illius injuriæ contineat, ut is diffamatori inſinuetur: vel propriâ manu libellum conficere, & deinde per Notarium & teſtes curare obferri, & hoc ipſo benè ſibi conſulent, & melius adhuc proſpicient, ſi legitimam injuriæ retorſionem per Notarium in inſtrumentum publicum redigi juſſerint, atq; illud diligenter cuſtodierint, ut tempore neceſſitatis id demonſtrare & petenti adverſario opponere poſſint *Dn. Boeer. d. loc thes. 46.*

192. Cum defenſionis & quidem naturalis ſpecies quædam

ſit RETORSIO, non abs re erit, paucis eam attingere quæſtionem, num ſtatuto caveri poſſit, ut locum in Republicâ ſive civitate non habeat? Et videbatur omninò dicendum quod nõ, proptereà, quod civilis ratio civilia corrumpere & tollere poſſit, nõ verò naturalia *§. ſed naturalia 1. Inſtit. de I. N. G. & C. l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat. l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil.* Atque ſi aſſumatur, juxta prædictam opinionem retorſio, cum ſit propulſatio injuriæ & defenſio quædam *text. in l. ut vim 3. ff. de I. & I.* eſt ea juris naturalis, tolli ergò ſtatuto de jure Civili nequit, ne fortius dicamus eſſe & præſtabilius Jus Civile, ipſo naturali jure *arg. pr. Inſtit. de I. N. G. & C.* & in manifeſta impingamus ipſius juris principia, quod turpiſſimum cenſetur *l. 2. §. 43. verſ. turpe ff. de orig. jur. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.*

193. Hæc & alia plura pro ſtabiliendâ hâc ſententiâ in mediũ licet adferri poſſent, contraria tamen verior & probalior videtur, quod ſcilicet ſtatuto ita caveri queat, ut penitus retorſio hæc aboleatur nec in benè conſtitutâ Republ. locum conveniat. Nam ſi occaſio litium quoad fieri poſſit, vitanda & reſcindenda ſit *l. illud convenire 5. §. 1. ff. de pact. dotal. l. meminerint 6. C. und. vi. c. qualiter 17. extr. de accuſat. c. 2. & 3. ext. de conceſſ. præbend.* ne exdem multiplicentur & tumultus, atq; rixæ in immenſum creſcãt, quæ ex retorſionum importunitate & copiâ proveniunt, & hæc via jurgiis & cædibus aperiatur illicita ſanè dicendũ erat, quamvis retorſio illa inter privatos ita per ſtatutum tollatur, non tamen tolli defenſionem, aut Jus naturale, cujus ſpecies propriiſſima eſt. *d. l. 3. ff. de I. & I.* nec idcircò planè immutari, cum ordinaria adhuc ſe defendendi reſtent media, ut injuriatus ſe vindicare tuerique queat *tot. tit. ff. C. & Inſtit. de iniur.* Etſi enim Jus naturale in totum tolli & everti nequeat, hoc tamen manet illud ipſum limitari, declarari, eiq; aliquid addi & detrahi poſſe *l. manumiſſiones 4 l. ex hoc jure 5. ff. de I. & I. faciunt huc Deuter. 17. cap. Matth. 18. verſ. 16. 2. Corinth. 13. verſ. 1. Hebræor. 10. v. 29. c. licet univerſis 23. extr. de Teſti-*

*de Teſtib. & atteſtat. c. cum eſſes. 10. & c. ſeq. extr. de Teſtam. pr. Inſt. de I. N. G. & C. l. unic. §. taceat is verſ. ſileat ob liberos C. de Rei uxor. action. Auth. ex complexu ubi Sichard. C. de inceſt & inutilib. nupt. Novel. 89. cap. ult. l. cum ratio 7. ff de bon. damnat. Novell. 22. c. 27. verſ. hoc autem quod plus eſt, &c. Nov. 115. cap. 3* aliaq; innumera, in quibus tam Jus divinum quam naturale limitatum, ipſiq; aliquid additum, & nonnihil detractum eſſe perſpicuè conſtat, nec tamen in totum ſublatum aut everſum dicitur.

194. Concludimus exinde propter naturale Jus & defenſionẽ, retorſionem etiam Minori 25. annis convitiis lacerato & diffamato, abſq; curatoris ſui conſenſu concedendam & permittendam eſſe; quoniam animalibus brutis ea licita eſt, *d. l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat* multò igitur magis hominibus cujuſcunq; ſexus aut ætatis ſint; cum æqua ſemper ſit & licita defenſio, quæ ad tutelam corporis & honoris, nõ autem vindictam & offenſam adhibetur; *d. l. 3. ff. de J. & J.* non igitur in minori 25. annis variabit *c. jus naturale diſtinct. 1. Clement. Paſtoralis §. cæterum de ſent. & re judic. l. nam ita Divus 39. ff. de Adoption. l. etiamſi patre. 29 §. fin. ff. de Minorib. 25. annis l. de unoquoq; ff. de re judic.* deinde & ipſum Jus civile concedit, Minorem abſq; curatoris ſui conſenſu meliorem poſſe facere conditionem ſuam & commodum augere, quod utiq; ſic evenit dum retorquendo injuriam ſeſe defendit *pr. Inſtit. de autorit. Tutor. l. contra 28. ff. de pact.*

195. De deportato tamen adhuc probabiliter ambigitur, num retorſionis iſtud beneficium ipſi competat ſalvũq; ſit, ita, ut ſi verbis injuriatus ſit ab alio, in eundem injuriam verbalem retorquere queat? Adfirmativam tanquam benigniorem propugnabimus; cum non continuò, licet ea, quæ Juris Civilis ſint perdat deportatus, illa etiam quæ Juris naturalis & gentium ſint, amittat, ſed retineat *l. ſunt quidam 17. in fin. ff. de pœn. l. inter pœnas 6. ff. de interdict. & relegat. l. 1. C. de hæred. inſtituend.* cum retorſio

uti in præcedentibus dictum ſufficienter & probatum, defenſionis, adeoq; ipſius naturalis Juris ſit ſpecies, *c. 3. verſ ſi verò clericum extr. de ſentent. excommunicat. gloſſ. in c. final. in pr. verbo percuſſerit extr. de pœn. in 6.*

196. In Bannito autem qui ob crimen fractæ pacis per ſententiam ab imp. vel camerâ imperiali proſcriptus & bannitus eſt, omnes conveniunt, quod ſcilicet retorſione uti nequeat; quandoquidem in ipſum nulla committatur injuria, *arg. l. in ſuis 11. in fin. ff. de liber. & poſth. hæred. inſtituend.* ſed impunè omnibus offendendus & occidendus expoſitus eſt, *per text. apertum & rotundum in ordinat. Cameræ part. 2. tit 9. §.* So Jemandt *verſ.* So bald auch der rc. *Gail lib. 2. de pac. public. cap. 1. num 23. & ſeq. Mindan. de proceſſib. in Camer. extrahend. lib. 1. cap. 26. num. 5.* concordat huc tritum illud, ubicunq; licita eſt offenſio, ibi prohibita eſt defenſio *arg. l. ſi quis miſſus 3 ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. erit. l. ſi ſervus 4. C. de his qui ad Eccleſ. confug. l. prohibitum 5. C. de Jur. fiſci Dd. communiter ad d. l. 3. ff. de J. & J.*

597. Qui convitiis aut verbali laceſſitus & adfectus eſt injuria, per gulam mentiri dictus eſt, an injuriantem pro honoris, famæ & exiſtimationis conſervatione impunè loco retorſionis, pulſare, verberare vel cędere aut colaphum ei impingere poſſit, diſquiſitionis eſt non contemnendæ? negativam defendunt *Dec. Zoannett. & Bolognet num. 49. & ſeq. aliiq; Dd. reliqui ad d. l. 3. ff. de J. & J. Vaſq. lib. 1. controverſ. illuſtr. cap. 12. Voltz. in comment. ad L. Corn. de Sicar. c. 7. num. 127.* quibus ſuffragia noſtra adjungimus, eam potiſſimum ob rationem. licet tam grandis mendacii objectio ſit magnum & intollerabile convitium; verbis tamen æquè dilui elidiq; poterit, atq; furti, adulterii, homicidii, aliorumq; graviſſimorum criminum objectio *arg. l. nihil tam naturale 15. ff. de R. J. l. an inutilis 8. §. acceptum ff. de Acceptilat.* pari itaq; modo retorquenda erit injuria illata, ne defenſionis modus excedatur. *arg. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. ad L. Aquil. l. 15. qui aggreſſor.*

*greſſorem 2. ibi, in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus C. ad L. Cornel. de Sicar. Clement. unic. ibi, qui mortem aliter vitare non valens, de homicid. Tilhauſen. in comment. de injur. & famoſ. libell. §. 5. num. 218.*

198. De libello retorſionis quæſitum eſt; ſi fortaſſis per libellum judicialiter ea inſtituatur; num ille, in quo omiſſa eſt circumſtantia temporis & loci: quo injuria illata eſt; ſicut in libello injuriarum vitioſus ſit & ineptus habeatur? Et communibus Doctorum ſuffragiis receptum eſt, tempus & locum eſſe exprimendum *per l. libellorum 3. in pr. verſic. utiq; enim ff. de Accuſat. Clar. lib. 5. ſentent. §. injuria num. 5. Gail. lib. 1. obſervat. 64. num.* 1. per rationem manifeſtam, quod ſurrogatum ſapiat naturam ſui ſurrogati, *arg. l. ſi eum 10. §. qui injuriarum & ibi Dd. ff. ſi quis caution. in judic: ſiſt. cauſ. l. ſi donatæ 36. §. 1. ubi Dn. Godofred ff. de donat. int. vir. & uxor.* quia itaq; retorſio illa in locum libelli injuriarum ſubſtituta & ſurrogata ſit, dicendum erit; per omiſſionem temporis & loci eundem vitiari: Et quamvis ejuſmodi conditionis ſit retorſio, ut per modum exceptionis cujuſdam adverſus crimen injectum opponi ſoleat; crebriori tamen interpp. calculo obtinuit, locum & tempus delicti perpetrati addendum eſſe, ſive illud per modum actionis, ſive per viam exceptionis opponatur. *Dn. Harprecht. diſput. 19. theſ. 16.*

199. Retorſionis retorſionem illicitam eſſe & prohibitam, tam uſus fori cottidianus, quam aperta Juris noſtri ratio, quâ ſtatuitur, ubi offenſio licita eſt, ibi illicitam eſſe defenſionem *l. prohibitum 5. C. de Iur. fiſc.* edocet & teſtatur, de eo tamen frequenter diſceptatum adhuc eſt, cui ſub formâ retorſionis innocenti mentita data eſt, an contrariâ retorſione uti, ſeſeq; hoc modo defendere ſibi licitum & permiſſum ſit? pro adfirmativâ ſtabimus *per l. quæ omnia 25. ff. de procurator. l. ut vim 3. ubi Dd. ff. de I. & I.* cum honoris hæc ſit defenſio ideoq; permiſſa: *Dn. Harprecht. in tract. criminal. ad §. hac actio 12. Inſtit. injur. num. 219. & ſeqq.*

200. Hæc de privatâ injuriæ vindictâ: ſequitur publica ſive judicialis, quæ fit per inſtitutam injuriarum legitimam actionem, quâ convenitur non ſolum is, qui per ſe & directò injuriam fecit, verùm etiam ille, qui dolo malo curavit, vel fecit, ut alteri injuria fieret *l. non ſolum 11. in pr. ubi Bart. & §. ſi mandatum & duob. §§. ſeqq ff. de iniur. Dn. Boc. d. claſſ. d. diſput. theſ. 47.* Et inſtituitur vel civiliter vel criminaliter *§. in ſumma Inſtit. de iniur. l 6. l. 7. §. poſſe hodiè & l. conſtitutionibus 37. §. 1. ff. eod.*

201. Civiliter injuriarum actio inſtitui dicitur, cum actor in libello petit certam quantitatem loco pœnæ ſibi adjudicari, & injuriarum illatarum nomine à conviciatore præſtari *Marant. in ſpecul. part. 4. in 1. judic. diſtinct. num. 5. & 10. Duaren. lib. 1. diſput. ca. 35. Schneidew. ad §. in ſumma Inſtit. de iniur. num.* 1. eamque jurejurando, ſalvâ tamen moderatione Judicis æſtimare debet injuriatus *l. 37. ff. d. t Treutl volum. 2. diſput. 30. theſ. 9. lit. H. Gail. lib. 1. obſer. 65. num. 2. & lib 2. obſerv. 102. num. 9. & ſeq Mynſing. centur. 1. obſ. 84.* quæ æſtimatio creſcit ratione perſonæ læſæ *§. 7. verſ. nam ſecundum Inſtit. h. t. n l. 15. §. 28. ff. eod. l. 28. §. 8. ff. de pœn.* & refertur ad tempus injuriæ admiſſæ *l. 21. ff. h. t. n.* ac ſi reus ſolvendo non ſit, pœna pecuniaria in corporalem & adflictivam mutatur *l. 35. ibiq; gloſſ. & Dd. ff. h. t. n.* nam qui non habet in ære, luet in corpore *l. fin. ff. de in jus vocand. l. 1. in fin. ff. de pœn. l. 7. § 3 ff. de Iuriſdict. l. 9. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. 4. ff. de ſerv. fugitiv. l. 6. in fin. C. de Mod. mulctar.*

202. Poteſt & aliter hæc civilis injuriarum actio inſtitui, quando ſcilicet actor agit ad Palinodiam ſive recantationem, **auff einen widerruff**, quæ non tantum hodierno uſu & judiciorum conſuetudine recepta, ſed etiam ex conſtitutione Imperatoria confirmata & adprobata eſt, **in der Keyſerlichen Cammergerichts ordnung**/ *part. 2. Tit. 28.* **§. vnnd ſonderlich.** Ex quâ & illud obſervandum venit, eam non criminalem ſed civilem eſſe, idque tradunt etiam *Vurmbſer. in practic. obſervat. Tit. 46. de iniur obſerv. 8. & 16.*

*Hartm.*

*Hartm. Hartmn. ab Eppingen. lib. pract obſerv. Tit. 49. obſ. 3. Mynſ. ſing. centur. 2. obſerv. 98. Weſenb. conſil. 22. numer. 18. And. Gail. lib. 1. obſerv. pract. obſerv. 65. & alij plures*: quam recantatoriam, & illam priorem æſtimatoriam actionem adpellitant Dd.

203. Æſtimatoria injuriarum actio rurſum ſubdividitur, ita, ut alia dicatur Civilis, alia Prætoria, & Civilis ea ſit, quæ ex L. Corneliâ competit ei, qui injurioſè pulſatus, aut verberatus, aut cujus domus vi introita eſt *l. 5. in pr. & §. illud quæritur l. conſtitutionibus 37. §. 1. ff. de iniur. § ſed Lex Cornelia Inſtit. eod.* non tamen parenti, ex injuriâ filiofamilias illatâ *d. l. 5. d. §. illud quæritur*, ſed ei etiam, qui quidem non pulſatus, ſed adverſus quem manus tantùm levatæ ſunt, quaſi vapulaturus, & utilis non directa *l. item apud 15. §. 1. ff. d. t.* Prætoria injuriarum actio eſt, quæ ex Prætoris edicto de omni conceditur injuriâ, etiam eâ, quæ L. Corneliâ punitur atq; coërcetur *d. l. 5. §. illud quæritur ff. eod. & §. pœna autem verſ. ſed poſtea Prætores & verſ. ſeq. Inſtit. d. t. l. 4. in fin. ff. ad L. Jul. de vi privat.*

204. Quia certi & explorati Juris ſit, omne Jus, omnemque obligationem alieni competentem, regulariter cedi poſſe *l. ſi nomen 4. & tot. tit. ff. de hæreditat. vel action. vendit. l. 3. & ult. C. eod.* haut abſurdè ſtatuemus, ſi æſtimatoriam injuriarum actionem ab injuriato alteri cedi poſſe, dixerimus, cum *Dn. Gothofred. in d. l. 4. ff. de hæred. vel act. vend. & Sichard in Rubr. C. eod num. ult. Boc. d. claſſ. d. diſput. theſ. 58.* quum, quod hæc actio ante litem conteſtatam non ſit in bonis noſtris *l. iniuriarum 28. ff. de iniur.* & poſt eam demũ litigioſa fiat, res quoq; aliâs litigioſa poſt lites conteſtationem ſub certâ pœnâ emi vendiq; prohibeatur *l. ult. C. de litigioſ.* Tùm quod hæc ex jure ceſſionis nuſpiam legatur exemta, & per procuratorem proponi exerceriq; queat *l. non ſolum 11. §. agere ff. de iniur. l. ſed ſi unius 17. §. idem ait etſi nepoti 20. ff. eod.*

205. Criminaliter injuriarum actio moveri dicitur, cum pœna petitur infligi corpori injuriantis adflictiva, vel inferri fiſco §. *in ſum-*

*in ſumma verſ. ſi autem Inſtit. h. t. n.* W*eſemb. in parat. eod. num* 14. *&* 18. quo caſu pœna eſt arbitraria, ita, ut obſervatis circumſtantiis, vel corporalem vel pecuniariam judex injurianti imponere poſſit *Schneidew. ad d. §. in ſumma num.* 1. ubi notandum, quod ſi prius actum ſit judicio criminali, civile judicium æſtimatorium tolli; & è diverſo, ſi civile intentatum ſit primitùs, denegari criminale *l. 16. §. 6. ff. h. t. n. l. unic. C. quand. Civil. act. crimin. præjudic. Marant. in ſpecul. part. 4. diſtinct.* 1. *num.* 5. *Gail.* 1. *obſerv* 65. *num.* 1. utrumq; enim vindictæ perſequutionem habet *l. 2. §. emancipatus ff. de collat bon. l. Prætor* 7. *§. 1. ff. de injur.*

206. Singulari privilegio indultum eſt illuſtribus perſonis, ut injuriarum actionem per procuratorē perſequi & intentare poſſint cum eam criminaliter ſive agendo ſive defendendo inſtituant *l. ult. C. de injur. §. in ſumma verſ. ſin autem Inſtit. eod. Novell.* 71, *cap.* 7. *reliquis non item l. pen. § ult. ff. de public: judic. l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat. redd. poſſ. l. ult. in pr. C. ubi Senator. vel Clariſſ. l. tunc convenit* 15. *C. de Accuſat. c. veniens extr. de Accuſat.* quia pœna relegatione major ob injuriā admiſſam imponi & decerni queat *l. qui injuriarum* 43. *& l. ult. ff. de injur.* quo caſu regulariter procurator intervenire non poteſt, ne judicium reddatur eluſorium *l. 5. ff. de pœn. Schneid. ad d. § in ſumma num.* 10. *Treutl. d. vol.* 2. *diſp.* 30. *theſ.* 6. *lit. H.*

207. Extinguitur & tollitur actio injuriarum variis & diverſis modis: Et primò quidem morte vel ejus, qui paſſus eſt injuriam, vel ejus, qui fecit, & hæredi in hæredem non datur *d. l. injuriarum* 13. *in pr. ff. de injur. l. ſi enim* 10. *§. qui injuriarum ff. ſi quis caut. jud. ſiſt. non obtemper. §. non autem Inſtit. de perpet. & temporal. action. l. pupillum* 111. *§. in hæredem ff. de R.* J. niſi lis cum ipſo defuncto Reo fuerit conteſtata *d. l. ſi eum* 10. *§. qui injuriarum, ubi Dd. l. omnes* 26. *l. ſciendum eſt* 58. *ff. de O. & A. l.* 3. *in pr. ff. de fer.* Criminalis tamen injuriarum actio omninò expirat morte rei, etiam poſt litis conteſtationem *l. unic. C. ex delict. defunct. in quant. hæred.*

*ed. conven. l. ult. ff. ad L. Jul. Majeſtat. Mynſ cent. 1. obſerv. 98. Bart. ad l. ult. num. 8. ff de privat. delict. quem ſequitur Weſenb. conſil. 22. num. 6. part. 1. Dn Boc. d. loc. theſ. 69.*

208. Actio injuriarum Prætoria tollitur lapſu unius anni, & quidem utilis *§ 1. Inſtit. de perpet. & tempor. action. l. ſi non convitii C. de injur. §. rurſus Inſtit. de action. l. ult. C. de tempor. in integr. reſtitut. l. interdum ff. de Minor. l. 1. §. annus ff de vi & vi armat. l. ſciendum §. final. ff. de ædilit. edict. l. 1. C. de annal. except.* actiones enim, quæ ex propria Prætoris Jurisdictione dependent, plerumq; intra annum finiuntur, cum & ipſius Prætoris imperium annuum tantummodò fuerit *l. in honorariis 35. ff. de O. & A.* etſi verò eæ, quæ olim ex prætoris proficiſcebantur Jurisdictione, de Jure hodierno vim conſtitutionis imperatoriæ obtineant, *ut ex §. hac igitur 15. de confirmat. digeſtor.* pateſcit. in quibuſdam tamen juris articulis ſuam retinuêre naturam, nec quicquam de eâ remiſêrunt, ut in bonorum poſſeſſionibus; & actionum præſcriptione *Weſenb. in §. 1. Inſtit. de perpet. & tempor. act. Gail. lib. 2. obſerv. 105. num. 3. Mynſing. centur. 5. obſerv. 7. Fachin. lib. 9 controverſ. 8. Bronch. centur. 4. adſert. 7. Dn. Hanon. diſput. 18. controv. 31. Elias Rober. diſput. 20. theſ. 13. Dn. Paul. Berens in diſſert. Academ. them. 2. diſput. 14.*

209. Attamen civilis injuriarum actio ex L. Corneliâ deſcendens perpetua eſt; non annalis *d. pr. Inſtit. de perpet. & temporal. action. arg. l. ſicut & l. omnes. C. de præſcript. 30 vel 40. annor* undè rectè deducitur, ſi quis de eo quod pulſatus, aut verberatus, vel domus ſua vi introita ſit, expreſſim & nominatim ex L. Cornelia actionem injuriarum intenderit exceptione annali ſubmoveri, aut agere impediri neutiquam poterit; *referente And. Gail. lib. 2. obſerv. 104. nu. 4. & Mynſing. centur. 1. obſervat 48. & centur 5. obſerv. 7. num. 8. Duar. ad Tit. de injur. cap. 2. Weſenb. d. conſil. 22. num. 6. part. 1. Henning. Gœden. conſil. 102. num. 18.*

210. Tollitur porrò actio injuriarum, conventione partium,

integrum commentariũ de hiſcè ſcribere animus nobis non fuerit; ſed placidæ συζητήσει diſputationis loco ſubjicere Ergo qui æquus & ſincerus eſt, æquè & ſincerè de hiſce judicaturus eſt, qui malus & naſutulus; Momi inſtar perpetuò reprehendere perget: Benevolum tamen benè valere jubemus.

## CORONIDES.

*I. Hominem pro defenſione rerum occidere nemini licere, niſi perſona ſimul periclitetur* propter l. 1. C. und. vi. l. ſi ut allegat. C. ad L. Cornel. de Sicar. l. furem 9. ff. eod. l. c. 2. extr. de homicid. *doctiſſimi quiq; rectius forſan cenſuerunt.*

*II Etiam adverſarium ſuum in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, tunc, quando elabendi rima pateſcit, nemo fugere tenetur, quod ex circumſtantijs dijudicandum.*

*III. Neq; aliquis primum inſultantis ictum expectare de jure adſtrictus eſt, ſed terror armorum, aut alterius gravioris plagæ imminens periculum ſufficit.*

*IV. Injuriam filio irrogatam, pro qua competebat actio injuriarum Prætoria, etiam invito filio, pater, ſi non vilis ſit perſona, remittere poteſt.*

*V. Minor 25. annis injuriâ adfectus, ſi intra annum à lege ſibi præfixum actionem injuriarum competentem non intentaverit, propter tempus amiſſum & effluxum, ita in integrum reſtitui nequit, ut reſciſſa temporis præſcriptione, ad novam ejus actionis intentationem admitti poſſit.*

*VI. Vaſallus contra feudi dominum conviciantem juſtè & legitimè retorſionis beneficio utitur* per c. 1. de form. fidel. 2. Feud. tit. 6.

## *PARADOXA.*

1. Injuria aliquando non eſt injuria.
2. Bonum opus, quandoq; pœnam meretur.
3. Quod ipſimet non habemus, aliis præbere poſſumus.

*Ad Clariſſimum & Conſultiſſimum Virum,*

# D. EDZARDUM STAMLERUM, J.U.D.

PRÆSID. AMICUM SUUM HONORANDUM,

RODOLPHI GOCLENII Senioris Schediaſma.

*QUAM benè, quàm pulcrè factum! cognomine* STAMLER,
*Rem tamen haud quaquam Bambalionis habens,*
*Auguſtos in* JURE *tibi* DOCTORIS HONORES
*Quòd per* DEICHMANNUM *contulit* ÆQUA THEMIS.
*Nam bonus eloquio es: cùm mentis ſenſa reſolvis,*
*Lingua expromta: nagè eſt, indupedita minus:*
*Nomina* VERBORUM & RERUM, *quæ Legibus inſunt,*
*Ingenioq; doces, judicioq; probas.*
*Horum præcipui tua ſunt* COLLEGIA *teſtes*
PRÆSTES, JURIDICI *fama futura fori,*
PUBLICA *cùm tibi* RES *lucem allucebit, honeſtum*
*Inter honoratos dans tibi jure locum.*
CULTOREM THEMIS ALMA SUI *non deſerit unquam,*
*Non* INHONORATUM *vivere* JUSTA *ſinit.*

---

*ALIUD.*

QUOD non defodias, Doctor STAMLERE, talentum,
Credidit omnipotens quod tibi dextra DEI:
Hæc benè diſpoſiti teſtatur id area juris,
Quâ juvenes celebri nobilitate juvas.
Non ſecus ac Helice rapidum docet ire per æquor,
Et regit errantes ut Cynoſura rates.
Sic dubios legum docuiſti ſolvere nodos,
Oſtendens recta juris inire via.
Perge juvare bonos, læſos defende clientes;
Qui commiſerunt crimina, pelle malos.
Sic te laudabit præſens ætaſq; futura,
Sic te juſtitiæ cinget honore Themis.

BURCHARDUS WORMBSER *Conſul Marpurg.*

SOLI DEO GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE